Bayerische StaatsBibliothek

Münchener DigitalisierungsZentrum Digitale Bibliothek

Danz, Johann Andreas,

Literator Ebraeo-Chaldaeus

Jena 1745

L.as. 152
urn:nbn:de:bvb:12-bsb10571903-1
VD18 14434660-005

Ad Bibliothecam
Canoniæ SS. Apoſt. Petri & Pauli
in Weyarn
comparavit
P. Valentinus Hansch Conventualis ibid.

| TITULUS SCRINII. | SERIES. | NUMERUS. |
| --- | --- | --- |
| | | |

L. St5. 105.
hebr. 152

Bibl. Gott. univ.
L. II. Cp. II. Sect. I.
Ling. Ebr. Gramat.
Pg. 520.

IO. ANDR. DANZII

# מדקדק
SIVE

# LITERATOR EBRAEO-CHALDAEVS,

PLENAM

Vtriusque Linguæ *Vet. Teſtam.*

INSTITVTIONEM

HARMONICE ITA TRADENS

ut cuncta, *firmis* ſuperſtructa *fundamentis*, innoteſcant *ſcientifice*;

crebrioribus Aliorum *anomaliis* analogiæ reſtitutis ut plurimum.

EDITIO QVINTA



*IENAE*

Sumtu IO. FELICIS BIELCKII

M D CC XXXXV.

BIBLIOTHECA
REGIA
MONACENSIS.

בשש

# CAPUT. I.

## *De* LECTIONE.

### §. I.

L*iteræ*, quæ apud Ebræos Chaldæosque *a dextra versus sinistram* coordinantur, *sunt XXII* a, eæque omnes *Consonæ* b. Quarum notetur.



---

(a) Vid. Prov. 31. 10. sqq Ps. 25. Ps. 34. Ps. 111. 112. 145. Thren. capita priora, & inprimis Ps. 119. (b) Ex *cum* & *sono*, quod *una cum vocali sonent.* Nam in se & absque vocali consideratæ, nudum eumque irritum soni conatum continent: qui tum demum perficitur, quando vocalis una accedis, literam ut corpus inanimatum, quasi animans.

| *Figura* c, | *Nomen*, | *Poteſtas* d, | |
|---|---|---|---|
| א | Aleph e | Spiritus lenis. | 1. |
| ב | Beth | bh. | 2. |
| ג | Gimel | gh. | 3. |
| ד | Daleth | dh. | 4. |
| ה | He | h. | 5. |
| ו | Vau | v. | 6. |
| ז | Sain | s. | 7. |
| ח | Hheth | hh. | 8. |
| ט | Teth | t. | 9. |
| י | Jod | j. | 10. |
| כ | Caph | χ. | 20. |
| ל | Lamed | l. | 30. |



(c) Quæ eadem eſt cum antiqua illa, qua Deus in Decalogo manu ſua deſcribendo uſus, quaque Moſes ac Prophetæ alii omnes, in Sacris ad minimum, uſi ſunt perpetuo, Controverſiam de hoc Antiquis motam Vid. Cod. *Megilla* Hier. f. 71. c. 2. fin. c. 3. *Sanhedr.* Bab. f. 21. b. l. 38. ſqq. f. 22. a. *Schabbath* f 103. b. l. 32. ſqq. f. 104. a. *Maim & R. Obad. de Bardenura* Com. ad *Iadajim* cap. ult. th. 5. De apicibus, literis quibusd. adjiciendis, Vid. Cod. *Menach*. fol. 9. b. l. 8. ſqq. l. 24. ſqq. De illis quæ figuram inter ſe cognatam habent, Vid. *Schabb.* f. 103. b. l. 32. ſqq. (d) De literis quibusd. ſono ſibi invicem vicinis Vid Kimch. *Michlol.* f. 25. c. 3. l. 3. fin. (e) *Dux* literarum (quæ reliquas præcedit, ut Rex populum) dicitur in *Ialkut*. f. 1. c. 1. l. 25. 30.

| *Figura, Nomen, Poteſtas.* | | | |
|---|---|---|---|
| מ | Mem | m. | 40. |
| נ | Nun | n. | 50. |
| ס | Samech | s. | 60. |
| ע | Ain Spiritus aſperior. | | 70. |
| פ | Pe | ph. | 80. |
| צ | Tſade | ts. | 90. |
| ק | Kuph | k. | 100. |
| ר | Reſch | r. | 200. |
| שׁ | Schin | çſ. | 300. |
| שׂ | Sin | ſ durum. | |
| ת | Tau | th. | 400. |

Obſ. I. Quæ in Scriptura e. occurrunt literæ, a figura decenti vel quantitate f, vel



(f.) Gen. 2. 4. בְּהִבָּרְאָם quo de Vid. Cod. *Menahboth* f. 29. b. l. 29. ſqq. & R. *Elieſer Cellarius*, cit. *R. Moſ. Botril.* Comment. ad libr. יצירה fol. 28. b. fol. 29. a. Edit, Mant. In l. c. Talmudis *R. Iuda Princeps* ille aſſerit, ה ideo fore minuſculum, ut materialiter ſuppoſitum ſignificet, præſentem hunc mundum creatum fuiſſe per literam ה. Vnde *R. Moſ. Botril*, ope Gematriæ, ea interveniente Alphabetui diviſione, qua primæ literæ reſpondet ultima, ſecundæ penultima &c. elicit, *per Tres Subſiſtentias, quarum quælibet ſit* יהוה hunc *Mundum eſſe conditum.* Sed Deut. 6. 4.

שְׁמַע יִשְׂרָאֵל יְהוָה אֱלֹהֵינוּ יְהוָה אֶחָד

Duæ ſunt majores literæ ע & ד, quæ combinatæ, עד denotant, *i. e. teſtem* juxta *Baal Hatturim* in h. l. *Tres* hic re-

vel qualitate g, recedentes, aut pun-

ctis

---

censentur: *Jehova, Deus noster, Jehova,* quibus *R. Menahem Rekanati*, explicatione קָשׁ, in *Taame hammizvoth* f. 40. a. *Tres, ait, Patres innui supremos.* (Vid. Cod. Sopherim cap. 14. th. 10.); qui teste *Sohar sunt unum* Conf. 1. Joh. V, 7. & Vid. *Sohar.* ad Num. col. 376. l. 3. sqq. col. 501. l. ult. col. 502. col. 504. l. 12. fin. inprimis in Exod. col. 75. l. 10. sqq. Edit Lubl. circa finem Sectionis בא. (g) Num 11. v. 1. כְּמִתְאֹנְנִים quo de Vid *Bechai* f. 161. c. 3 l. 16. destructionem mundi eiusque devastationem hinc adstruens; cum נ vocem נפילה i. e. *ruinam* denotet Jud. 18. 30. מְנַשֶּׁה *Glossa* ad mentem Gemaræ Cod. *Baba Bathra* f. 109. b. l. 23. sqq. ideo נ vocis מנשה suspensum fuisse asserit, ut declaretur abundans: quum non Manassis, sed Mosis fuerit filius; Jonathan scil. filius Gersom, qui Mosis filius; 1. Chron. 23. 15. Conf. Jud. 17 7. ibique *R. D. Kimch.* sed *R. Sal. Jarchi ac Abendanam* ad Jud. 18. 30. qs. נ ab hominibus sequioris ævi demum sit additum, qui indigne tulerint, eum Mosis filium dici, qui opera ab isto tam diversa fecerit, ut eapropter porius Manassis filii Ezechielis idololatræ filius sit dicendus. Reliqua Vid. ad ductum Masoræ Ps. 80. 14. Job. 38. 13. 15. Sic. ם finale in medio Jes. 9. 6. לְםַרְבֵּה Ubi *Isaac Abarbanel* f. 23. c. 2. l. 50. tradit, Talmudistas hanc variationis hujus reddere rationem, *quod Principatus Regis Messiæ jam sit* OCCLVSVS, *mæniaque Sanctuarii nunc* DIFFRACTA; APERTO *autem principatu isto ac manifestato in diebus Messiæ* OCCLVDANTVR *mænia Sanctuarii* EFFRACTORVM Vid. Cod. *Sanhedr.* f. 94. a. l. 6. ubi factum statuunt, ut innuat *Messiam.* *Bechai* ad Gen. 2. f. 10. c. 1. l. 93. existimat factum, ut valor literarum in supputa-

ctis notatæ extraordinariis [h]; ad ipſum ſenſum aliquid afferunt extraordinarii [i].



tione attendatur, juxta quem literæ hujus nominis 837. efficiunt; quot annos in lætitia tranſegerint Iſraelitæ, utroque durante templo. *Lyranus* &c. Virginis, quæ Meſſiam enixa eſt, uterum in partu clauſum, indigitari hinc conjicit. *Galatinus* l. 4. c. 19. coll. l. 7. c. 13. ex Raym. Mart. P. F. f. 426, 431. præterea etiam tempus natiuitatis Chriſti, poſt 600. dehinc annos, ac nomen θεοτόκȣ *Mariæ* determinatum putat. Contra ם apertum in fine Neh. 2. 13. הם *Aben Eſra* ad l. c. *Mem apertum alludere* putat *ad* deſcripta hic *mœnia* ubivis *aperta* & rupta, quo & Abarbanelis verba jam citata collineare, probat inſtituta ibi oppoſitio (h) Gen. 18. 9. אליו in Cod. *Baba Mezia* f. 87. a. l. 22. *R. Joſe* id factum exiſtimat, ad docendum, in diverſorium venientibus non de hoſpita ſaltem inquirendum eſſe; ſed honeſtius de ejus marito, qs. literæ punctatæ vocem conſtituant איו *ubinam eſt ille?* Vid. *Bereſch Rabba* Sect. 46. f. 30. c. 3. poſt med. *Raſchi* & *Bechai* ad l. c. hic f. 27. c. 2. circa fin. Maſora novem alia loca ita in lege punctata afferit, ſcil. Gen. 16. 5. c. 19. 33. c. 33. 4. c. 37. 12. Num. 3. 39. c. 9. 10. c. 21. 30. c. 29. 15. Deut. 29. 29. Conf. 2. Sam 19, 20. Jeſ. 44. 9. Ez. 41. 20. c. 46. 22. Pſ. 27. 13. (i) Vid. *Maim.* Hilc. ספר תורה c. 7. §. 8. Cod. *Sopherim* cap. IX. tot. *Kidduſchin* f. 30. a. l. 34. ſqq. „*Non* tamen *crediderim, has tales minutias primis literarum*, „*Authoribus adſcribendas, ſed Maſorethis*, quibus inſervie- „bant ſubinde pro meris notis Criticis. Profecto *nec* ו *ma-* „*juſculum* Lev. 11. 42. aut. ג vocis התגלח c. 13. 33. & „quod דרש Lev. 10. 16. in principio lineæ collocari de- „beat, *Moſi adſcripſero; nec Dabidi ſignram litteræ* ע *bocis*, „ויער Pſ. 80. 14. majorem, ſingularemque conſtitutio,

2. Litera ע non est ἄφωνος: neque tamen per *ng* pronuncianda. Sed aspirationem e Gutture protractam ad palatum allidit, naribus quoque nonnihil affectis. Sonus ejus quasi medius est inter *hh* & *g*, sola viva voce demonstrabilis [k].

3. Du-

„nem circa Ps. 88. 38. והוא רחום וגו׳. Eo quod „ו inter literas Pentateuchi media sit, ע Psalterii, „ג vocis inter reliquas Pentateuchi mediæ, דרש „autem inter versus Pentateuchi medius, ut והוא „Psalterii. Quasi vero Mosi ac Davidi tantum fuis„set otii, ut temporis fallendi ergo, literas librorum „numerare debuerint, voces ac versus! Qui inter occu„pationes ferme deficiebant, Vid. Ex. 17. v. 13. 18. sqq. 2. „Sam. 8. sqq. c. 15. 10. sqq. Adhæc connumerata ea simul „sunt, quæ post Mosis mortem ab alio libris ejus sunt „superaddita: quæ vel vivus numerasset, antequam ex„titissent; vel post mortem demum hunc exercuissent a„ctum, quorum quodque perabsurdum. Quin imo sine „manifesta ignominia, varietatem hanc Autoribus li„terarum adscribi non posse, ea evincunt exempla, quæ „aperte illis contradicunt: cujusque e. g. Jud. 18. 30. „ubi, litera נ in eadem serie cum aliis constituta, Jona„than dicitur filius Manassis: eadem v. supra reli„quas, atque ex earum numero, elevata, erit filius „Mosis. Vid. supra ad l. g. (k) De difficultate hujus „Pronunciandæ literæ, omni ævo conquesti fuerunt Ebræi Vid. *Ab. Esra* ad Ex. 3. 15. B. Buxt. f. 59. c. 3. l. 6. fin. Antiquissimos quosque video, aut cum א eam confudisse, aut cum ח finali. De tota *R. Elisaris f. Jacob* familia pronunciatur illud in Cod. *Berach.* f. 32. a l. 5. 6. coll. l. c. f. 53. b. l. 11. de Bethseanitis, Bethchiphitis ac Gibeonitis idem *Megilla* f. 24. b. l. 22.

3. Durius Germani literam צ, & ש plerique Europæi, pronunciant. Orientales *illam* per *ts*, litera *t* subobscure saltem sonante, efferunt; *hanc* per *çs* vel *ss*.



Imo de integra Galilææ gente, in Cod. *Erubin* f. 53. a. l. 33. b. l. 10. Quin & Tannæus quidam l. c. cap. IV. th. 1. de *corroboranda* urbe interrogans, tam parum inter se distinxerat literas א & ע, ut *Rab & Samuel* inter se disceptarent, utrum מעברין fuisset pronunciatum ab illo, an vero מארבין. Atque duarum harum literarum confusio tam solennis fuit, ut ea propter Alii Sacerdotum a publica benedictione fuerit exclusi, *Maim.* hilc. *Tephilla* c. 15. §. 1. e *Megilla* l. c. Alii hinc etiam in ipsa scriptione easdem inter se permutarint, Cod. *Schabbath* f. 103 b. l 32 ubi Conf. Glossa. Cum ח finali permutatum fuisse, comprobat *Kimchio* in *Michlol*. f. 25. c. 3. l. 5. observata cautela; qua in *Krischma* recitando operam adhibere jubentur, ne נשבע יהוה Deut. 11. 21. efferant ut נשבח. *Neutra* vero *harum literarum sonum effert hac sede sensibilem. Vnde conjecturam facio haud improbabilem, literam* ע *jam olim in pronunciatione omissam fuisse penitus.* Alioquin מי בצים dicens, i. e. *liquorem ovorum* ad massam farinaceam subigendam permissam, Cod. *Sanhedrin*. f. 5. b. l. 10. sqq. nunquam occasionem præbuisset, ut pronunciatum id audiendes מי בצעין *aquas in fimeto stagnantes* admiserint Deinde id ipsum evidentissime evincunt tot Nomina propria Ebræa; aut hujus originis, occurrentia in Versione LXX. Interpr. aliorumque Antiquorum, item in N. T. Josepho, Philone, aliisque Scriptoribus gentilibus: quæ aliis expressa characteribus nil substituunt pro ע. *Hannibal*, *Asdrubal*, *Adherbal* nomina sunt virorum Carthaginensium, *Ab-*

In *huius* pronunciatione, aspiratione omissa, lingua magis quam vulgo fieri solet, ad anteriores dentes allidat: in *istius* magis ad dentium superiorum radices, omisso isto ad dentium summitates tremulo.

4. In Supputatione (α) numeri ex diversis speciebus compositi exprimuntur, maiori ad dexteram præmisso, minori postposito ad sinistram [l]. Hinc (β) Chara-

---

*dolonimus* apud *Curtium* l. 4. c. 1. Sidonii, Phœnicum: omnia derivata ex Ebræo, illa ex בעל, hoc ex עבד & עליון; litera ע nuspiam expressa. Nec eam referunt Appellativa ejusd. originis, aliis exarata literis. cujusmodi apud *Plautum* in *Pœnulo* Act. 5. Sc. 1. occurit vers. 4. *alonim* vers. 1. *alonim Vualonuth*: quæ exprimunt Ebræum עליונים ועליונית, attestante nomine *Abdolonimi* modo citati, ac *Phil. Bybliensi*; qui, juxta *Scalig.* Append. de Emend. diserte docet, Deum dici Phœnicibus ἐλιοῦν. Ita l. c. vers. 2. dicitur *ischi* pro עסקי vers: 6. *Vssidele* pro שירע לי איש vel שאירע ליה, v. 9. *id* pro עד. Eadem ratione supremi Persarum Monachi religionem propagantes dicuntur *Abdalli*, Olear. Itiner. p. 684. quod idem ac עבדי עליון *servi Dei supremi.* In quibus omnibus sonus literæ ע omissus est penitus. „Existimo ergo, longe melius facturos, qui itidem „prorsus omittent eandem, quam qui insulsum substi„tuunt *ng* vel *gn.*

(l) *Masora* ad calcem Deuteron. ופרשיותיו יא׳ וסדריו כז׳ ופרקיו לד׳ Sectiones ejus sunt 11. Periochæ 27. & capita 34.

racteres *Vnitatem* alias denotantes, *Centenariis* m, vel *Denariis* n præpositi, exprimunt *Millenarios*. (γ) Numerus 15. ordinarie, & haud raro quoque 16. per solas *Unitatis* notas exhibetur; ille quidem per ט״ו, hic per ט״ז. (δ) *Centenarios* quinque reliquos aut per literas Finales o exprimunt; aut regularium p additione conficiunt.

5. In *Pentateucho* פ & ס distinctionem indicant, *triplicatæ* quidem majorem, *Sectionem* scil. cujuslibet *lectionis Sabbathicæ* q; solitariæ vero intermediam. Illa



(m) *Masora* in fine *Exodi* refert, versus hujus libri fore ארט. 1209. in *Numeris* ארפח 1288. (n) *Eadem* in fine *Jobi* (Edit. Buxt.) habet, contineri hic versus אע i. e. 1070 (o) *Eadem, in Levidico* fore vers. ךנט 859. in *Genesi* אך ל ד 1534. (p) *Eadem*, in *Samuele* v. אשרו 1506. *Mos. Botril.* l. c. f. 29. a. תתק 900 (q) Apostolorum jam tempore Jacobus dicebat Act. 25. vers. 21. Μωσῆς ἐκ γενεῶν ἀρχαίων κατὰ πόλιν τȣ̀ς κηρύσσοντας ἀυτὸν ἔχει, ἐν ταῖς συναγωγαῖς κατὰ πᾶν σάββατον ἀναγινωσκόμενος. *Antiquitatis* istius originem quidam *Esdræ* adscribunt, constituenti, ut *secundo, quinto ac septimo* cujuslibet hebdomadis die publice prælegerentur Mosis scripta. Cod. *Sopherim* c. 10. th. 2. Vid. Actor. 24. 42. Alii in ipsa Mosis tempora rejiciunt; qui populo in deserto per triduum sine aqua legis aberrante Ex. 15. 22. ordinarit cum Collegis suis ne amplius triduum absque legis auditione commora-

la notatur פתוחה, subaudi פרשה, i. e. *Sectio aperta*, in correctis exemplaribus, post lineam in fine suo vacuam [r] inchoata: Hæc סתומה [s] *clausa*; quod suo initio semper claudat lineæ ultimum [s]

§. 2.

rentur diebus memoratis ad lectionem eius definitis. Vid. Cod. *Bava Kamma* f. 82. a l. 14. sqq. *Maim.* H. *Tephilla* c. 12. §. 1. sqq. Cod. *Soph.* c. 10. th. 1. Ut autem justo ordine quotannis, Religiosiores quidem aliquoties (ter, præter ea, quæ saltuatim diebus festis tempori convenientia, prælegebantur extra ordinem. *Maim.* H. *Tephilla* c. 13. §. 8. e. Cod. *Megilla* Cap. *Bene-hair* th. 4.5.6.) reliqua v. fæx hominum, quos auri sacra fames diebus profestis negociandi ergo tabernis affigit; semel ad minimum, integram Legem absolverent: diviserunt eam in Sectiones LIV. singulas singulis ordinarie absolvendas hebdomadibus, initio in Sabbatho festum Tabernaculorum sequente facto, ac fine in festo ipso. Vid. *Maim.* H. *Tephilla* c. 13. §. 1. sqq. Cod. *Megilla* f. 31. b. fin. (r) Maim. hilc. Sepher. Tora c. 8. §. 1. *Sectio* inquit *Aperta duas habet formas*; *Si quis præcedentem absolverit in medio lineæ, reliquum istius lineæ relinquat vacuum, incipiatque Sectionem, quæ aperta dicetur, a principio lineæ secundæ. Quando hæc valent? quum spatium relinquitur in superiori linea pro capacitate novem literarum. Verum si non nisi exiguum relinquatur, aut in ipsa lineæ extremitate absolverit; secundam lineam prorsus intactam relinquat sine Scriptura ulla, & incipiat Sectionem apertam in principio lineæ tertiæ.* (s) Maim. l. c. §. 2. *Sectio* ait *clausa triplicem sortitur formam. Si quis in medio lineæ* præcedentem *absolverit, relinquat spatium satis conspicuum, incipiatque extremitati lineæ eiusdem unam adjicere vocem de Sectionis, quæ Clausa dicetur, principio; adeo*

§. 2. Generatim dispescuntur Literæ primo *ratione Organi* in pronunciatione præ reliquis affecti, in *Gutturales* אהחע t, *Palatinas* גיכק, *Linguales* דטלנת u, *Den-*

*ut spatium deprehendatur in medio lineæ satis sensibile. Quod si tantum non supersit de linea ista, ut spatium relinquatur satis conspicuum, voce una extremitati lineæ adjecta; integram illam vacuam relinquat, modicumque spatium de principio lineæ secundæ, & incipiat scribere Sectionem Clausam in lineæ secundæ medio. Ita si in fine lineæ absolverit, relinquat a principio lineæ secundæ spatium justum, incipiatque scribere Clausam a lineæ medio. Hinc observare licet, Sectionis Apertæ principium semper ac perpetuo ab initio lineæ fieri; & Sectionis clausæ principium semper in lineæ medio.*

(t) *Gutturalium sonus est mera Aspiratio* quæ in א quidem lenissima, sed deinceps secundum ordinem reliquarum magis magisque evadit fortior, quacunque sequente sonum præcedentis geminatum exprimente. Quo fortior autem est Aspiratio, eo & majorem labiorum apertionem requirit ad decentem sui pronunciationem, & majori cum molimine e Gutture protrahitur. Proinde hæ literæ pronunciatu sunt difficillimæ, & ob id ipsum moram postulant longiorem. Præ reliquis veniunt observandæ ob §. 25. & §. 20.

(u) *Lingualium* 1.) נ *cum schva quiescenti efferendum*, nisi aliud נ sequitur, aut litera gutturalis, *sonum æmulatur literæ sequentis*, perinde ac apud Arabes, latinos, græcosque; qui v. g. irritus, illicitus, immunis dicunt pro *inlicitus* &c it. συλλαμβάνω ex σὺν &c. Vid. *A. Gellius* Noct. Attic. lib. 19. ult.

2) ר raphatum aliquamdiu cum sibilo leniori pronun-

ciatum fuisse ad instar ן, asserit Autor *Kene bina* f. 32. 2 Cujus tamen exigua occurrunt indicia. Vid. Cod. *Nidda* f. 36. b. l. 38 coll. Gloss. exteriori. Sed dubio procul.

3. ת *raphatum*, perinde ac Græcorum θ, *sibilum aspirantem denotat, haud secus ac Anglorum Scotorumque th*, atque *Arabum* ث; quod suo modo æmulatur latinorum *t* ante *i*, alia insuper vocali sequente. Hujus, præter authoritatem memorati libri, haud levia hinc inde occurrunt vestigia. Certe Marc. 11. vers. 1. dicitur βηθσφαγὴ pro בית פגי, sibilo nimis manifeste expresso. Ita Nonnulla peregrina per s efferenda in Ebræorum scriptis exarata per ת; cujusmodi *Semiramis* in *Vaijikra Rabba* Sect. 19. fin. f. 119. c. 1. l. 32. sqq. *Esther Rabb.* ad c. 1. vers. 9. f. 40. c. 3. l. 4. sqq. expressum per שמירמות & שמירמית; pro *Adrianus Cæsar* scribit *R. Ob. de Bartenura* ad *Pea* c. 7. th. 1. אדריינות קיסר. Græcorum ζωμὸς in Cod. *Berach.* f. 36. a. l. 23. 24. f. 40. b. l. 30. exhibet זומות, & πανδοχίς Cod. *Kiddufchin* c. 4. th. 12. *Jebam.* f. 122. a. fin. b. l. 1. 2. 4 &c. פונדקית, aliaque hujus generis plura. Præterea idem evincere videtur ת Chaldæorum, Syrorum, Arabumque ex Ebræorum ש derivatum: & inprimis literæ ת raphatæ, cum prima sibilante in Hithpael transpositio, qua de Vid. infra § 41. III. 4. Utrum latinorum v. g. *Asinus*, facta derivatione ex Ebræorum אתון aliquod probationi huic momentum addat, item כנרת Jos. 11. 2. c. 19. 35. facta literarum transpositione, in גנוסר vel גניסר mutatum. prout Cod. *Megilla* f. 6. a. l. 3. 4. כינרת זו גניסר dicitur. Vid. *Pesach.* f. 8. b. *Berach.* f. 44. a. l. 6. sqq. Num. 34. 11. Deut. 33. 23. Jos. 12. 3. 1. Reg. 15. 20. Atque Græcorum τ tam Attice pro σ positum, quam alias in futurorum formatione in σ mutari solitum. Nec non Germanorum Atholff, quod Gregorius II. Pont. Rom. A. C. 713. „pronunciat *Asulfus* &c. id pondereut alii. Ipse mallem „cum ת leniter Dagescharo confundere, quam, Anglorum „*th*, non legitime enunciato, cum Germanorum ß.

*Dentales* זסצרש x, ac *Labiales* בומף y.

Obſ. 1. Literæ unius Organi facile inter ſe alternant z.

Obſ. 2.

(x) *Dentalium* ר præter *ſonum horridum pronunciatuque difficillimum*, aſpirationem continere, non modo autoritas libri *Jezira* c. 4. init. p. m. 75. b. Edit. Mand. approbat; ſed & Græcorum: qui per *Cadmum* edocti, Vid. Plin. l. 7. c. 56. hodienum initiali ſpiritum addunt aſperum cujus valorem ſubinde ipſimet exprimunt latini. De reliquis Vide §. 41. III. 4. (y) *Labialium qualibet* in ſui formatione *labia comprimit*: ſive id, ob vocalis varietatem nunc poſtpoſitæ nunc præpoſitæ, in primo pronunciationis conatu obſervetur, ut in בוף; ſive in ejus termino, cujusmodi in litera מ. Conf. § 50. III. 1.

(z) ob mutuam, quam inter ſe habent, affinitatem. De pleriſque exempla paſſim ſunt obvia. Vide etiam ad Obſ. 2. Sic ה *cum* ח ALTERNARE *creditur* Cod. *Schebuth* c. 2. th. 2. ubi בית שלחין explicant ex Targumico מְשַׁלְהֵי *feſſus, laſſus*, Gen. 25. 29, Jeſ. 44. 12. 2. Sam. 16. 2. &c. *Ibidem* c. 3. th. 4. סהר explicatur per סחר *ſepimentum caula*; ubi Conf. *Toſeph. jom Tobh.* Cod. *Pea* c. 7. th. 6. apud *R. Obad. de Bartenura*, & Toſeph. *Jom tob*, voce הלולים Lev. 19. 24. per חלולים ex hoc fundamento explicata, in Cod. *Berach.* f. 35. a. l. 8. ſqq. coll. Gloſſa ad l. 11. Vid. *Baba Kamma* f. 69. b. l. 3. ſqq. Syr. טעה *erravit*, procul dubio eſt ex טעה *Bochart.* Hieroz. Part. II. l. 5. c. 5. coll. 679. l. 29. ſqq. huc refert ברלח radicis ברל, ut גביח in *Targ. Hieroſ.* pro גביה Lev. 21, 20. & קשח quod in *Jobo* ac *Jeſaia* idem ac קשה alibi. Hac ipſa *regula* os *obduratur Atheis*, SABACHTANI *illud Matth.* c. 27.

Obs. 2. *Chaldæi* præter Alternationem literarum vel ejusdem Organi a, vel Quiescentium b, nec non Transpositio-

---

46. coll. Marc. 15. 34. *impugnantibus*, tanquam minus significativum. Est enim Chaldæorum שבקתני pro Ebræorum עזבתני, *literis* כ & ק *invicem alternantibus*. Quemadmodum v. g. in כובע 1. Sam. 17. 5. &c. &, קובע l. c. v. 38. Ez. 23. 24. *galea*. Ita תקן Eccl. 12. 9. & תכן Jes. 40. 13. *aptavit*. Vid. *Abendan.* ad Gen. 41. 47. Tosephoth *Iom Tob* ad Cod. *Pea* c. 2. th. 7. vocem קרסמיה explicandam; e Ps. 80. 14. יכרסמנה *conculcabit eam*, asserit, se vidisse aliquam Commentationem a *Rambam* in Lev. 23. confectam, qua statuat, *Sapientes ubivis usurpare* עכבה *cum* כ, *derivatum ex* יעקבם Job. 37. 4. sensu *retardandi* similiterque מתקשט significatione ex תכשיטין *ornatu muliebri* desumta, ac קרסמיה ex l. c. יכרסמנה. Vid. *Bartenura* ad Cod. *Schevüth.* c. 2. th. 3. vocem מקרסמין, quam reddit per מכרסמין cum Caph. Sic קומצא idem ac כומצא Jes. 24. 18. &c. *fovea*.

(a) ut pro בַּרְזֶל *ferrum*, est Dan. 2. 33: פַּרְזֶל, גָּפְרִית *sulphur* כִּפְרִית, כּוֹבַע *galea* קוֹבַע, תִּקֵּן *ordinavit* תַּכֵּן, תָּעָה *erravit* טְעָה, אַלְמָנָה *vidua* אַרְמְלָא, שָׁמַר *custodivit* סְמַר, עֲשָׂרָה *decem* עַסְרָא (b) ex quarum mutatione sæpe fit, ut verbum *Ebraice* Imperfectum Quiescens, *Chaldaice* reddatur Perfectum. v. g. pro נוּר est נְהַר *luxit*, Vid. Dan. 2. 12. pro רוּץ *currere* רְהַט pro

positionem [c], Ablationem [d], & quandoque Adjectionem [e], *Ebræorum voces faciunt suas*, *mutantes* v. g. *istorum literam* ז *in* ד [f]; צ in ט [g], vel in ע [h]; ש in ת [i]; raro in ט [k]; & quandoque ל in ר [l], & ר in ע [m]; ac contra [n].

§. 3. Deinde *ratione Soni*, Literæ sunt.

I. *Mobiles*, quæ, ope vocalis [o], *sonum* competentem *ubivis perficiunt*; cujusmodi, præter אהוי, omnes.

II. *Quie-*

טוֹב *bonum esse*, Dan. 6. 24. מְאֵב &c. (c) Vid. §. 58. 1. (d) Vid. §. 55. 3. (e) Vid. §. 41. III. 5. (β), & (γ). §. 52. 53. 54. (f) זְרוֹעַ *brachium*, Dan. 2. 32. דְּרַע. (g) יָעַץ *consuluit*, Dan. 6. 8. יְעַט (h) אֶרֶץ *terra*, Dan. 2. 38. אֲרַע (i) שׁוּב *reverti* Dan. 4. 31. תּוּב (k) קָשַׁר *ligavit*, Dan. 5. 12. קְטַר (l) אַלְמָנָה *vidua*, dicitur Chald. אַרְמְלָא (m) קָרָה *evenit*, עֲרַע & אֲרַע (n) אֲרוּ *ecce* Chaldaice dicitur אֲלוּ, עֵץ, *lignum*, Chaldæi efferunt quandoque per קֵיס (o) vel suæ vel literæ alterius.

II. *Quieſcentes* אהוי, *vocali*, ſe animante, *deſtitutæ*, *latitare poſſunt*, quælibet *quoties præcedit vocalis* ipſi *cognata*. Et quidem.

1. א vocali caſſum ubivis [p].

2. ה v. quieſcit tantum in fine, cum nec vocalem habet [q], nec Mappick impreſſum [r].

3. ו quatenus eſt fulcrum vocalium Hholem, atque Schurek [s].

4. י præ-

(p) ob vix ſenſibilem aſpirationem ſuam, in quocunque fere puncto præmiſſo poteſt quieſcere. v. g. Geneſ. 31. 37. מצאת *ma-tsa-tha* c. 26. 37. לאדני *La-do-ni* c. 1. 1. ראשית *re ç ſith.* Jeſ. 9. 5. פלא *Pe-le*, Pſ. 31. 22. הפליא *hiph-li*, Gen. 3. 15. ראש *roçſ*, Eſth. 5. 12. קרוא *Ka ru*; Gen. 1, 4. וירא *Vai-jar.* (q) Gen. 1. 2. היתה *ha jetha*, c. 1. 29. הנה *hin-ne*; c. 4. 10. מה *me*, c 48. 11. ראה *reo.* Contra c. 4. 11. פיה *pi-ha.* (r) Sic legitur. c. 1. 25. למינה *lemi nah*; Pſ. 131. 1. גבה *ga bhah* (s) *Quando* nim. nec. ו vocalem habet, nec litera præcedens, ut Gen. 1. 5. יום *jom.* 6. 7. ובין *V-bhen* Contra Jeſ. 49. 23. קוי *Ko-vaj*, fidentes mihi. Pſ. 27. 14. קוה.

4. י vocali deſtitutum *quieſcit*, præcedente ( ֵ ) ( ֶ ) vel ( ִ ) t, itemque quando eſt inter ו & ( ָ ) conſtitutum u.

Obſ. 1. Omnis litera *Mobilis* non vocalizata, cum ( : ) notetur x. Sed Schva illud ſub ultima vocis nunquam

B ex-

*Kav - ve* ſpera. th. קוה utrinque. In his ו vocalizatum movetur: ne, quieſcente eo, duæ, imo quandoque tres vocales conveniant, contra §. 9. (t) Gen. 1, 2. בין *ben*, inter. v. 2. פני *pene*, facies, c. 3, 14. חייך *Chai-ie-cha* vitæ tuæ, rad. חיי. c. 1. 1. אלהים *Elo - him*, v. 6. ויהי *Vi-hi*, & ſit, R. היה in 3. fut. Kal, Apoc. Vid. §. 57. l. 3. (u) Gen. 4, 5. פניו *Panav*, facies eius. (x) tanquam omnibus conſpicua nota, quæ teſtetur, hanc literam quæ, utpote *mobilis*, ſonum neceſſario perficere debet, ni per contractionem in adjecto *mobilem* dicere velis, & *non moveri*, ſine vocali quaſi mortuam, non propria vocali animari, ſed literæ alterius. Vid. §. 9. Hinc ſi ad פקד *viſitavit*, 3. ſing. maſc. Kal. apponis ת ſecundæ perſonæ, prodit Pſ. 17, v. 3. פקדת *viſitaſti*. Si ultimæ vocis בלי (*non*, *nihilum*, *res vetuſtate conſumta*, R. בלה) præponis ת Epentheticum, foret בלתי; hinc coll. §. 24. l. 1. eſt בלתי *absque*. Præponas tertiæ radicali verbi שחה *proſterni*, in *Hithp.* literam ו ex §. 41. III. 4. (a) foret השתחוה; pro quo Ez. 46, 2. השתחוה *incurvavit ſe*.

exprimitur y: nisi (α) ante ipsam moveatur schevanda alia z; atque adeo (β) in Pronomine secundæ personæ singul. fœm. אַתְּ a. nec non (γ) sub litera ךְ b

*Quiescentes* autem ( ׃ ) toties respuunt

(y) *Kimchi* Michlol f. 49. c. 1. l. 23. *quia nullum erroris periculum*, si scil. præcedens litera vocalem habeat. Cum hinc omnes conjicere possint, per eandem *animari* etiam literam sequentem. e. g. Gen. 1, 1. בְּרֵאשִׁית *in principio*, i. e. *primum*, coll. 130. Synt. (z) ne, præcedente per vocalem tertiæ abhinc literæ jam animata, suspicionem præbeat, ultimæ animam propriam esse adjiciendam. Quia in vocis medio vocalis nunquam duas animat literas sibi postpositas: sed vel duas saltem sibi aut utrinque vicinas, aut præmissas; vel tres, quarum duæ sint præpositæ. Jud. 13, 3. יָלַדְתְּ *Ja-ladt, peperisti*. Gen. 9, 27. יַפְתְּ *Japht*, i. e. *alliciet, blandis verbis adducet*, Rad. פָּתָה, fut. Hiphil. Apocop. §. 57. l. 2. Obs. 1. Versio *dilatet*, ex usu Chald. est, & Judaizat. Ez. 16, 33. נָתַתְּ *na-thatt*, i e. *dedisti*, R. נָתַן. Vid. §. 44. Obs. 1. 1 Reg. 14, 3. וְלָקַחַתְּ *Vela-ka-acht*, i. e. *& capies*, coll. §. 9. l. 2. Obs. 2. (a) Ruth. 3, 9. אַתְּ, *att*, i. e. *tu* fœm. Ubi virtualiter præcedit litera mobilis schvata, sc. נ in Dag. forti expressum. (b) Primum in Suffixo 2. pers. fœm. Ne parum attendentibus occasionem præberet confusionis cum gen. masc. literam ךָ cum ( ָ ) pronunciaturis. Quod paulatim progressu temporis etiam ad ךְ radicale derivatum est. *Kimchi* l. c. l. 27. Ed. Ven. fol. e. g. Gen. 3, 16. בָּךְ *bach*. i. e *in te*, vox ex Præfixo & suffixo conflata, אִישֵׁךְ *I-sch. sech.* i. e. *maritus tuus*, v. 24.

spuunt c, quoties, præcedente vocali sibi homogenea d, in eadem commode possunt quiescere.

Obs. 2. *Literæ* hæ אהוי (α) sæpe invicem *alternant* e. (β) interdum cum aliis



---

דֶּרֶךְ *via.* (c) Quia non opus, ut per hanc notam restringantur ad alterius literæ vocalem, per quam moveantur: cum sonum edere nolint, sed latitare potius in vocali præcedente. (d) Quæ cuique cognata sit, Vide in exemplis, ad §. 3. II. adjectis, observata in quolibet vocali literam quiescentem actu talem præcedente. (e) v. g. א *pro* ה Jer. 25. 3. אַשְׁכֵּים *matutinando*, Inf. Hiph Gen. 41. 43. אַבְרֵךְ *in genua procumbe*, quisquis te obviam geris, Imp. Hiphil. Ps. 76. 6. אֶשְׁתּוֹלְלוּ *spoliati fuerunt*, pro הִתְשׁוֹלְלוּ ex Hithp. Rad. שלל coll. §. 48. III. 4. §. 45. II. 2. §. 26. num. penult. Jes. 63. 3. אֶגְאָלְתִּי *contaminavi* pro הִגְאַלְתִּי coll. §. 24. l. 3. §. 27. I. 2. Chr. 20. 35. אֶתְחַבַּר *conjunxit se*, ( ) insuper pro (·) §. 26. 13. §. 24. l. 3. א *pro* ו Ex. 5. 7. תֹאספוּן *addetis* pro, תוֹסִיפוּ R. יסף cum ן Epenth. §. 53. II. & י per Syncop. excidente § 56. I. 6. (δ) coll. §. 46. I. 2. א *pro* י Jes. 30. 21 תַאֲמִינוּ *ad dexteram declinabitis*, rad. ימן, pro תֵּימִינוּ Vid. §. 46. I. 5. ה *pro* א Jes. 21. 14. הֵתָיוּ *venite*. Imo vero *venire fecerunt*, adduxerunt, vel *adducite*, ut sit ex Hiphil, more Chaldaico §. 46. I. Obs. 2. (β): non ex Imperat. kal coll. §. 26. num. ult. §. 48. II. Obs. ex אתה. ה *pro* ו Gen. 49. 11, עִירֹה *asellum suum*. ה *pro* י, Jud. 16. 18, לָה pro לִי *mihi*. Ut quidem volunt *Masorethæ*, existimantes, Delilam ipsam in-

aliis *transponuntur* [f]. ac ( γ ) nonnunquam

troduci loquentem in literis. Quod si dixeris, nuncium ab ipsa missum, eumque loquentem adduci, quod Simson לה *ei*, *Delilæ* sc. totum indicarit animum; hac mutatione literæ scriptæ contraria non erit opus. Postliminio video eadem fere ap. *R. D. Kimchium*, Comment. ad l. c. ו pro א Gen. 20, 6. מחטו pro מחטא *a peccare*, i. e. ne pecces ו *pro* ה, Gen. 18, 18. היו *esse*, rad. היה Vid. §. 48. l. 1. (γ). ו *pro* י. Gen. 8, 17. הוצא *egredi fac*, pro היצא secundum *Masorethas*, formam applicantes Perfectorum §. 43. Obs. 2. Secundum literas legeres הוצא, juxta usitatam huic Imperfectorum speciei formationem, ex §. 46. l. 2. rad. יצא. י *pro* א Jer. 26, 9. נבית *vaticinatus es*. Vid. §. 49. Obs. 2. י *pro* ה Deut. 32, 18. תשי *oblivisceris*. pro תשה rad. נשה ubi Dagesch excidit. §. 20. 2 & (:) quod sub præformativo, caussa permutationis suæ cessante, redierat §. 17. Caut ult. ob accentum in (..) mutatum, §. 27. 3. י *pro* ו, 2. Sam. 13, 31. שימה secundum *Masorethas* quidem, qs. foret partic. Paul, *fuit impositum*, sc. Servis &c. ad formam לוטה 1 Sam. 21, 9. Sed quid obstat, quo minus, literis servatis, legas nominaliter שימה? i. e. *impositio* servis facta, vel *stigma*, *nota impressa & firmiter imposita* animo Absalonis, juxta propriam ipsius confessionem, ad formam בינה ex בין &c. Certe pro Nomine sumsit *Jonathan b. Usiel*, & *R. Sal. Jarchi*. ( f ) Num. 32, 24. לצנאכם *gregi vestro*, pro quo Ex. 10, 24. צאנכם Vid. Ps. 8, 8. &c. Vnde occasio suppeditata *Bocharto* Hieroz. P. 1. l. 2. c. 43. coll. 432. l. 23. sqq. derivandi ex

quam *eliduntur* penitus s.

Obs. 3. Quando Eædem alicubi dicuntur *quiescere in vocali* aliqua; tunc punctum



---

Arab. ضنأ vel ضنى *sobolescere fœcundum esse*
2 Sam. 20, 14. ויקלהו *& congregati sunt*, pro quo Num. 16, 3. ויקהלו Vid *Kimchi* ad Sam. l. c. Aut. si is minus placet, lege secundum literas ויקלהו *& vilipendit* Seba *eum* sc. Davidem, i. e. contemptim de eo loquens movit, cives, *ut venirent* &c. Jer. 9, 7. שׁוחט pro quo 2. Chr. 9, 15. שׁחוט *politus, tersus*: ad mentem sc. *Masoretharum*. Sed nullum dubium, quin autor literarum *Ieremias* intenderit שׁוחשׁ i. e. sagitta *jugulans* est lingua eorum &c. Vid. v. 2. coll. Ps. 57, 5. Ps. 64, 4. Sap. 1, 11. De sagitta Procris Cephalo donata Vid. *Ovid.* metam. l. 7. vers. 684. 685 *Homero* dicitur βέλος ἐχεπευκές, θαναληφόρος ἰός &c. Sagitta *cruenta penetrabile* telum &c. Virgilio. Prov. 31, 27. הילכות pro quo Hab. 3, 6. הליכות *incessus*. Ita & ibi juxta *Masorethas*: cum secundum literas procul dubio sit legendum, duce י lectionis matre, הליכות *mores, ritus* &c. voce & forma penes Talmudistas frequentissima. (g) Lev. 11, 43. נטמתם pro quo Ez. 20, 43. נטמאתם *contaminati estis*, Jes. 41, 13. ונרא *& videbimus*, pro quo Gen. 47, 20. ונראה. Imo v. autor literarum adhibuit futurum apocopatum ונרא rad. ראה Vid. §. 57. l 2. Obs. 2. Gen. 1, 14. לאתת *in signa*, pro quo Ps. 74, 4. אתות *signa*, אותתם *signa ipsorum*, Jud. 1, 7. ירושלם pro quo Jer. 16, 18. ירושלים Vid. de hac voce §. 56. l. 6. (s).

vocale ſibi adjectum tollunt (h), præcedens autem in eam mutant vocalem, in qua jubentur quieſcere (i).

§. 4.

(h) Dependet hoc totum a deſcriptione literarum *Quieſcentium*, ex eaque fluit pronisſime. Vid. ſupra II. Quamdiu enim punctum adſcriptum manet nullam litera quietem invenit, ſed moveri debet: ſive per propriam id fiat animam, ſi ſcil. punctum adſcriptum vera vocalis fuerit; ſive per vocalem literæ alterius, quoties nim. ſchva fuerit adjectum.

(i) Vocalis in qua litera quietem invenit vel latitat, ſemper præcedit literam, eique quoad ſonum eſt cognata; adeoque apta, quæ motum literæ in ſe ſuſcipiat, ipſi quaſi ſubſtituta. Hinc etiam originem accerſerim locutionis Rabbinorum, qua vocalem longam נח *Quieſcentem* vocant, & quandoque תנועת המשך i. e. *Motionem attractionis*: quod in ea *quieſcat* litera, explicite modo, modo implicite, eamque *poſt ſe trahat*. Conf. Kimchi *Michlol*. f. 48. c. 1. fin. Exempla locutionis occurrunt Paragraphis citatis ad ſequentia, v. g. Gen. 2, 16 תֹּאכֵל *comedes*, Pro תֹּאְכֵל §. 46. Obſ. 1. rad. אָכַל. Sic Deut. 6, 11. מִלֵּאתָ *implevisti*, pro מִלְּאְתָ §. 49. II. rad. מָלֵא. Ita Ruth 1, 9. מְצֶאןָ *invenite*, pro מְצֶאְנָה §. 49. II. coll. §. 57. II. 3. rad. מָצָא. Similiter Gen. 38. 25. מוּצֵאת *producta, egredi facta*, Partic. Hophal. rad. יָצָא pro מוּצְאֵת §. 46, 1. 2. & §. 56. II. Gen. 4, 7. תֵּיטִיב *benefeceris* pro תֵּיְטִיב §. 46, 1. Obſ. 3. rad. יָטַב Eodem modo Gen. 4, 10. עָשִׂיתָ *feciſti*, pro עָשַׂיְתָ §. 48. II. 2.

§. 4. Porro literarum aliæ sunt *Variabiles*, *Invariabiles* aliæ: Et hoc tam ratione Figuræ, quam Soni. Quæ

I. *ratione figuræ* variant k, vocantur vel



rad. עָשָׂה. (k) Origo hujus *Variationis* ob *antiquitatem veneranda est.* Parum foret, ad Epiphanium provocasse, qui de *Mensuris & pond.* §. 4. εἴκοσι inquit, καὶ δυό ἔχουσι στοιχείων νοήματα, πέντε δέ εἰσιν ἐξ αὐτῶν διπλούμεναι. τὸ γὰρκὰΦ ἐστι διπλοῦν, καὶ τὸ μὲν, καὶ τὸ νοῦν, καὶ τὸ Φὶ, καὶ τὸ α, lege σαθή. Quod enim circa *Mischnicorum* tempora jam obtinuerit. frequens comprobat ejus in Talmude mentio. Vid. *Cod. Schabbath* f. 103. b. l. 34. sqq. f. 104. a. l. 20. sqq. Et si horum asserto fides est habenda, ipsa attinget tempora Mosis. Hic enim consuetudinem hanc e monte Sinai deduxisse illis creditur, Cod, *Megilla* Hier. cap 1. f. 71. c. 4. l. 30. acceptam ab ipso Deo. Qui, in Decalogo describendo, vel inde literas finales adhibuisse concipiendus est, quod *literas* ם & ס *virtute miraculosa constitisse* tradant. v. g. in Cod. *Schabb.* f. 104. a. l. 1, sqq. l. 9. sqq. ad, eumque *Cothnoth Or* f. 60. c. 4, med. f. 61. c. 2. med. Edit. Amst. Cod. *Megilla* Bab. f. 2. b. l. ult. Siquidem ex ipsorum sententia, literarum sculptura integram pertransibat lapidum densitatem, easque a latere etiam exteriori exhibebat conspicuas Quo posito, pars memoratarum literarum media non habuisset per quod reliquo adhæreret tabularum corpori, a quo ob clausam sui figuram abscissa fuerit undique. Equidem R. Jeremia statuit, a Prophetis demum sequiorum temporum hanc divulgatam fuisse varietatem, *Schabb.* l. c. l. 3.

1. *Finales*, quales ſunt כמנפצ: e quibus מ *in fine vocis* formam asſumit quadratam ם; cæterarum vero infima linea baſis loco transverſim alias ducta, *in fine vocis* in linea recta deſcendenti protrahitur liberius, in hunc modum ךןףץ

---

4. *Megilla* f. 2. b l. antep. Cui pollicem premebant, qui pueros ſui temporis, ad hanc ipſis notam differentiam, doctiores felicioresque prædicabant viris ætate Joſuæ florentibus, Cod. *Schabb.* l. c. l. 13 ſqq. coll. *En Jiſrael* ad l. c. f. 60. c. 2. l. 31. ſqq. Verum his neutiquam adſcribunt primam *Varietatis* hujus inventionem; ſed ſolam reſtaurationem ejus, quod *a Deo fuerat autore*, quodque ob bella, quæ ſub Joſua gerebantur continua, *in deſuetudinem* ſaltem *venerat*, *& oblivionem*. Vid. *Schabb*, f. 104. a l. 4. 5! 8. ſeqq. Cum nulli Prophetarum integrum ſit, mutare quicquam in his, quæ divinam agnoſcunt originem. Id quod confirmant verbis Num. 36. v. „ult. Si conjecturæ indulgere liceat, dicerem, hac „fine excogitatas fuiſſe literas finales, ut, poſtquam „numeros, ad Judæorum æmulationem, literis inciperent exprimere, libroſque deſcribere frequentius, „eſſent, quæ in claſſe *Centenariorum* defectum ex„pleant reliquorum, Vid. ſupra *§.* 1. Obſ. 4. 5. ſcri„bendique promoveant celeritatem. Vid. *R. Moſ.* „*Kimchi* שבילי הדעת cap. 1. Serm. 5. Parum ſo„licitus, quantumvis ipſa a Talmude poſita ſupra pri„mordia id tempus anticipet. (l) ſequentium vocum quælibet bis exhibet literam eandem, ut diverſitas figurarum collatarum invicem pateſcat cla-

רוּץ [m] vel

2. *Dilatabiles*, quarum ductus transversi *spatii decore* [n] *explen-*

B 5 di

---

riùs v. g. Gen. 1, 9. מָקוֹם *locus*, rad. קוּם (m) Gen. 17, 13. כַּסְפְּךָ *argentum tuum*, ex כֶּסֶף coll. §. 21. 22. 24. I 2. §. 27. 3. Gen. 41, 33. נָבוֹן *intelligens, prudens*, Part. Niph. rad. בּוֹן coll. §. 47. I. 2. Obs. 1. Gen. 1, 20. יְעוֹפֵף *Volitabit*, 3. fut. sing. Piel, rad. עוּף, coll. §. 47. II. Jes. 1, 31 לְנִיצוֹץ *in scintillam*, rad. נֵרץ ad formam נִיחֹחַ radicis נוּח, Perfectorum צִפּוֹר *quis*, coll. §. 29. Obs 1. §. 47. II. 1. (n) Inprimis hoc obtinet in legitimè exprimendis quibusdam Carminibus: cujusmodi Exod. XV. Deut. XXXII. Jud. V. &c. Ut voces, quæ vel singulis vel alternis lineis sibi respondere debent deficiente literarum numero, per productam existentium lineam transversam, coaptentur hoc modo, longitudine sibi invicem adæquatæ. Talia quippe Carmina existimantur requirere planè diversum scribendi modum, ab eo, quem Scriptura reliqua: adeo ut adæquata aliis, integrum Codicem credantur reddidisse ineptum; non magis venerandum, quam qui adhibetur ad instituendos pueros. Ita *Maim.* hilc. *Sepher Tora* c. 7. §. 11. è Cod. *Schabb.* f. 103. b. l. 36. 37. *Menachoth* f. 31. b. l. 13. 14. *Arba Turim* Part. 2. num. 275. *Schülchan Aruch* Jore Dea, num. 275. §. 3. Volunt enim, ut in scribendis illis *later imponatur lateri dimidiato*, & *later dimidiatus lateri integro; item later dimidiatus dimidiato alii*, & *integer later integro alii*: secundum *Abarbanelis* verba comment. ad Exod. 15, f. 157. c. 1. l. 44. Majorum suorum addu-

*di* o ergo dilatantur longius: qua-
les

centis ſententiam. Scil. ad eundem modum, quo lateres aëri exponi ſolent, in extremitatibus ſuis ſibi invicem impoſiti: ut, via ad permeandum afflatibus conceſſa, ac undique ſpatio ventis dato, exſiccentur citius, præparati clibano. Hoc eſt, juxta *Rabbenu Aſcher* in Arba Turim l. c. paulo inferius: *Extra* Carmen *Deut.* 32, cujus ſingulæ lineæ æqualiter ſibi invicem impoſitæ, in medio relinquunt ſpatium, *in reliquis* v. g. Exod. 15, & Jud. 5, *prima linea more conſueto ſcribitur, reliquarum omnium ſpatium, quod una reliquit in medio, altera huic ſubjuncta ſcriptis ſuppleat, ad duo; diſtributis loca; quo linea inveniatur tripartita, & ſpatium reſpondeat oppoſitæ ſcripturæ, & ſcriptura ſpatio.* Ex ſententia R. Seiræ & R. Jeremiæ cit. Cod. Sopherim c. 12. §. 10. in Cantico maris & Deboræ, id unice requiſivit *Rab*, ut ſcribantur *dimidiato latere ſuper laterem integrum poſito, & latere integro ſuper dimidiatum.* Linearum principia eodem prorſus modo exhibent nobis *Athiæ* Biblia (& quæ dehinc ad horum exemplar exſcripta ſunt), quo enumerata invenis in Cod. *Sopherim* l. c. §. 11. & 12. Pro quorum idea formanda concipe, ſecundum datam ſimilitudinem, duos lateres in quacunque ponendos linea, juſto disjunctos ſpatio. Ita tamen ut alter laterum, alternis ſubinde lineis, in medio diſſectus utrosque lineæ terminos impleat; & integer alter in media linea, duobus integris ad utrumque terminum ſequentis lineæ, ſpatio in medio relicto, locatis, per ſuas imponatur extremitates. (o) Scil. in Scriptura ſacra, aliisque libris qs. in Canonem receptis, *ob materiæ quam tractant gravitatem,* ejusdem *vocis literas*, quas omnes eadem non capit linea, *non videntur divellere a ſe invicem;* ut, prioribus in fine lineæ poſitis, reliquas ad initium lineæ ſequentis rejici-

ant. ne, parte istarum vocem significativam constituente, occasio detur errandi cum periculo ac damno. Sin vero liber, res minoris momenti comprehendat, passim *literæ unius vocis in duas lineas divulsæ* observantur. Cujusmodi in *Josepho f. Gorionidis* singulæ fere paginæ nonnullas exhibent. Imo ipse *nummus* ille *æneus*, *Mosis* nomine ac effigie cornuta insignitus, tam *Lansianus*, a Schikardo Proœm. ad Tarich Reg. Pers. p. 34. depromtus, quam *Seldenianus* lib. 2. de Jure N. & G. c. 6. p. 187. excusus, voces quasdam exhibet, literis in diversas lineas distributis. Quem, si reliqua modo genuina forent, ob id ipsum neutiquam rejicerem, ut adulterinum. Vid. *Lud. Capelli* Index Nummographorum, num. 69. tit. *Ebræorum nummi*, circa finem. Quod si Talmudistarum regulæ de literis nec dilatandis, nec diminuendis observentur sedulo; quas Vid. *Menach*. f. 30. a. l. 41. *Schülcham Aruch* in Jore Dea num. 273. §. 3. Itemque illæ, quæ de spatio inter vocem ac literam quamcunque relinquendo, extant Cod. *Menach*. f. 30. a. l. 39. sqq. *Sopherim* cap. 2. th. 2. *Maim*. Hilc. *Sepher. Tora* c. 7. §. 4. Non potuit non subinde fieri, quin, quantacunque adhibita cautela, omnes ejusdem vocis literas eadem non caperet linea. Aut ergo divellendæ fuerunt, aut spatium relinquendum in linea vacuum. Hoc observatum passim legimus. Vid. *Maim*. l. c. c. 1. §. 16. c. 7. §. 5. 6. *Schül. Aruch* l. c. §. 3. 4. &c. Sed & illud usitatum fuisse, *primo* leges docent, de modo divellendi conscriptæ. Cujusmodi sunt v. g. e quinque vocis literis tres intra paginam scribendas esse, duabus, more Arabum, ad marginem rejectis, Cod. *Menach*. f. 30. a fin. *Maim*. l. c. c. 7. §. 5. Item e tribus duas ad marginem rejici posse, una saltem intra paginam servata, *Schülch. Aruch* l. c. num. 273. §. 3. *Arba Turim* l. c. circa finem. Conf. Cod. *Menach*. f. 30. b. l. 1. 2. Similiter e decem vocis literis quinque intra paginam scribendas esse, totidem rejectis ad marginem, *Maim*. l. c. c. 7. §. 6. *Schül. Aruch*. l. c. num.

les potiſſimum ſunt אהלתם p.

II. *ratione Soni*

1. Sex literæ בגדכפת q puncto ipſis

---

273. §. 4. Vid. Cod. *Sopherim* c. 2. th. 3. *Deinde* hanc litterarum unius vocis diviſionem arguunt etiam ea, quæ de parte vocis ſupernè intrà lineas ſuſpendenda commemorant *Maim*, H. *Tephillin* c. 1. §. 16. *Jore Dea* num. 273. § 6. è Cod. *Menach*. f. 30. b. l. 3. ſqq. Omnium vero *manifeſtiſſime* illa evincunt, quæ de ultima libri pagina tradunt: quod in ea ſc. plures ſubinde lineæ conſignandæ ſint, quam voces obtineat. Quo obſervato, non poteſt non vox numero unica in plures divelli lineas, pauciores modo, modo plures. Curioſiſſimi Judæorum Legis periti diſertis verbis concedunt, hoc caſu vocem unam in tres vel quatuor ſubinde dividi lineas. Vid. *Rabbenu Iacob* Jore Dea, num. 272. fin. *Ioſeph Karo* l. c. §. 4. *Maim*. l. c. c. 7. § 7. e Cod. *Sopherim* c. 1. th. 11. *Menach*. f. 30. a. l. 34. Et hæc etiam omnibus curioſe nimis obſervat s, *Ioſeph Karo* l. c. n. 273. §. 5. Alioquin, neglecto hoc rigore, una vel altera vocis litera, ſine punctis poſita, vel etiam figura inverſa, explent prioris lineæ ſpatium: quas tamen, inſtructas punctis ſuis & convenienti figura, in principio lineæ ſequentis repetunt. In profanis negocium ordinarie conficit transverſa lineola, Abbreviaturæ imperfectæ index aptiſſimus. (p) Ex. 15, 15. אֵילֵי *robuſtos*, rad אול v. 6. יְהוָה v. 16. בִּגְדֹל *ad magnitudinem*; Vid. §. 50. III. §. 11. l. 2. Exc. (γ). v. 8. תְּהֹמֹת *abyſſi*, ex תְּהוֹם. Ibid. יָם *mare*, rad. ימם. In MS. deprehenduntur etiam aliarum ductus quandoque dilatati, quotquot modo id apte admittunt, cujusmodi ר, ח, ד, &c. (q) Autor libri *Iezira* cap. IV. init. f. 75. b. item *Sohar* in

ipsis impresso, aspirationem, quam con-

---

Gen. col. 153. *Septem* numerant, quæ vocant כפ לית inserta scil. litera ל. Quam e numero reliquarum, sequioris ævi Grammatici eliminasse creduntur, quo facilius Regulam constituerent omnibus communem. Vid. *Ephod.* c. 31. *R. Mos. Kimch.* l. c. l. 1. port. 3. c. 2. & ad illud *Elias.* De פ dubium movere poterant *lingua Arabica* ex Ebræa derivata: quæ eam semper servat raphatam. Item ea, *quæ apud LXX. Interpretes.* Autores N. T., Iosephum, Philonem, aliosque Antiquos *occurrunt*, ibi *eum aspiratione pronunciata*, ubi secundum leges fuisset omittenda. v. g. *Pharao*, *Philistæus*, *Phaleg*, *Phalaja*, *Phanuel*, *Pharisæus*, *Bethphage* pro בית פגי *Hephphata* i. e. הפתח imperat. Niphal, aliaque propria infinita. *Philo* Mosis conjugem l. 2. de Cherub. f. 88. σεπφώρων vocat, eodemque nomine f. 389. alteram obstetricem Ebræorum, cujus socia Φȣά. *Josephus* Antiq. l. 1. c. 2. Φεισών, inquit. fluvii nomen, *multitudinem* significat, & Φορὰ *dispersionem* vel *florem*. Atque ita *Hieronymi* autoritas, quo cum & *Bedæ* facit, movere posset: dum scribunt, *Ille* quidem aliquoties, *sermonem Ebræum literam P non habere, sed ejus loco F pronunciare, seu φ græcorum*. Vid. in Nominibus de Actis Apost. it. Comment. in Jes. 2, & Dan. 11. *Hic* in Lucam: *Ebræi Pe non habent, Fetrus abusive pro Petrus dicentes.* Conf. quod ex Epiph. supra p. 23. ad I. allatum, ad not. (k). Modo non occurrerent similiter v. gr. *Paradisus*, *Pascha*, *Cappa*, *Joppe*, *Persa*, *Python*, (unde Apollini nomen Pythii, e nece *draconis* inditum e Græcorum fabulis. Vid. *Macrob* Saturn. l. 1. c. 17. p. m. 281. vel quod *virum atrocem* Πύθωνα τȣ̆νομα ἐπίκλησιν δὲ Δράκοντα juxta *Ephorum*, referente hinc *Strabone* lib. 9. *intere̱merit*; qui ex sententia *Bochart*. Hier. P. 2. l. 3. c. 5. ita dictus ob *crebriores concitatos tumultus, & commis-*

connotant, dimittunt [r]. Et

2. ש puncto, in *dextro* cornu collocato, *crassius* sonat [s]; in *sinistro lenius* [t]. Cæteræ sunt *Invariabiles*.

§. 5.

*sa latrocinia*, cum alias nominaretur *Delphynes*); item Macedonum παραός, quod secundum *Hesychium* aquilam denotat, ex Ebr. פרס; aliaque quamplurima, aspirationem ablatam indicantia. Quæ animum reddunt suspensum. (t) Eccl. 11. 5. בְּבֶטֶן *bebhe-ten*, in utero. Ps. 102. 8. גָּג *gagb*, tectum. Jes. 15. 1. שֻׁדַּד *çsud-dadh*, devastatur. Jes. 1. 22. כַּסְפֵּךְ *Caspech*, argentum tuum, ex כֶּסֶף. Dan. 1. 5. מִפַּתְבַּג *mip-path-bagh*, i. e. juxta *Ab Esram*, quem *Junius* expressit, *de portione cibi*; voce composita ex פַּת *frustum*, *buccella*, & בַּג quod Ex. 25. 7. occurrit in textu: cui non repugnat significatio *cibi*. Vid. Jes. 1, 20, c. 31. 8. Ps. 44. 12, Ps. 74. 14. Gen. 1. 7. מִתַּחַת *mit-ta-bbath*, i. e. *ab infima parte*, a fundo, a depressione sc. *istius expansi*: ut ל Genitiv. notet. (s) Gen. 11. 13. שָׁלוֹשׁ *çsa-loçs*. (t) Jes. 66. 10. שִׂישׂוּ מָשׂוֹשׂ *Si-su-ma-sos*, pro הַשִׂישׂוּ coll. §. 55. 1. *gaudete gaudio*, rad. שׂוּשׂ Vid. §. 47. 1. Parum efficiunt, qui morem Antiquis contrarium probaturi, ad Arabicam confugiunt linguam, qua subinde crassius efferuntur voces, quæ Ebræis, quoad hanc literam, hodiernum sonant

§. 5. Denique ratione *Originis* Aliæ sunt

*Serviles*, quæ aptæ, ut *nonnunquam*

---

lenius, & contra. Prout Chaldæi quoque Ebræorum כנס efferunt per כְּנַשׁ. Multo minus, quod Nomina quædam propria, loco literæ שׁ, apud græcos latinosque solum s substituant, v. gr. in שְׁמוּאֵל, שָׁאוּל, שְׁלֹמֹה &c. pro quibus dicunt *Samuel*, *Saul*, *Salomo* &c. quum videatur v. g. דַּמֶּשֶׂק efferri durfuscule. Quia id Arabibus perpetuum non est. Et præterea cognatæ saltem linguæ sunt, non prorsus eadem: variatis locis, variatur sonus adhuc hodie penes gentes quamplurimas! Inopia vero Græcorum Latinorumque, quibus non datur character æquivalens, hanc ipsis imposuit necessitatis legem; sine præjudicio usurpandam. Vid. *Hieron.* Comment. in epist. ad Titum. Cæterum antiquitatem pronunciationis nostræ probat luctuosus Ephraemitarum casus, Jud. 12, v. 16. descriptus: qui ex loquela neutiquam agniti fuissent, si שׁ cum dextro puncto sonuisset lenius. Vid. *Michl. Jophi* ad Eccl. 2. 8. coll. Cod. *Gittin* f. 68. a. l. 15. sqq. Adhæc ipse textus Ebræus in locis quamplurimis, pro שׂ quidem (non æque pro שׁ) adhibet ס. Quod tam frequens est Chaldæis, ut penes hos non minus, quam apud Syros, שׂ videri posset exulasse penitus Id quod non fieret, nisi שׂ majorem haberet cum ס convenientiam, quam שׁ; atque adeo illud lenius fuisset pronunciatum, hoc crassius.

*quam serviant* : cujusmodi compre-
henduntur vocibus משה וכלב איתן (u)
*Radi-*

(u) Antiqua hæc Nomina retineo eo lubentius, quod non modo viros ex Sacris notissimos exhibeant; e quibus etiam *Ethan* a Musica celebratur 1. Chr. 15. v. 17. 19. Davidis tempore. Vid. Ps. 89. 1. Verum etiam prudentissime tales combinatæ sint literæ, quæ vel eundem habent præfigendi modum, „vel usum eundem. *Mosis* seorsim considerandi severitas „literæ sequenti *Dageſch* imprimit, *Ethan* grato suo „concentu operatur etiam in *Futurum*; Et *Caleb* in signi-„ficationis expeditione declaranda novi *quid addit de suo*, „obtinens *distinctum* occupatæ notationis *locum* Vid. Num. 13. 30. Jos. 14. 13. & Conf. Infra Obs. 3. Aliorum à diversis diversa sunt excogitata, propria modo modo appellativa: hæc sola subinde fine, ut Autor sui nominis conservaret memoriam. Ita *R.* SALOMON *f. Gabbirol* comprehendit eas vocibus אני שלמה כותב i. e. *Ego Salomon scribo.* R. ABRAHAM *Aben Esra*, verbis: כשתיל אב המון i. e. *Ut* (vel *certe*) *planta Patris multitudinis*, sub. ego sum, h. e. Abrahami filius; vel שית לך אב המון i. e. *propone tibi Patrem multitudinis*; memoria *Abrahami* ob Gen. 17. 4. 5. utrinque inculcata. R. MOSES *Kimchi* præstitit id verbis: משה כתב אלינו i. e. *Moses scripsit ad nos.* prout equidem de ipso testatur frater *David Kimchi*, in *Michlol* f. 13. c. 1 fin. it. c. 2. Exhibet. alias easd. in *Schebile haddaath* l. 1. Port. 2. c. 1. verbis: אתכנה משלי, בו i. e. *dirigam dicterium meum adversus ipsum.* Nec minus suæ inserviit memoriæ *Elias Germanus*, vel *Grammaticus* cognominatus, dum in Additionibus ad utriusque Kimchii ll. cc. ita Serviles exhibet: שם אליהו נכתב i. e. *Nomen* ELIAE *scriptum est.* Boni ominis ergo *R. Jonæ*, f. *R. Marinus*, his

*Radicales* aliæ quæ *servire nunquam possunt*: quales sunt reliquæ.

Obs. 1. (* *Chaldaice* ד servilibus superaddendum; quin etiam *Ebraice*) ד una cum ט servit quandoque pro ת *in Hithpael* transposito x. Ita ר aliquando servire videtur ut epenthetica y; & ה juxta non neminem, ut heemanthica z. בכלש autem serviunt tantum ab initio.

C 2. *Ser-*

videtur comprehendisse vocibus: שלומי אך תבנה i. e. *Pacem meam omnino ædificabis.* Quas *R. Menahem* exhibuit verbis שמלאכתו בינה i. e. *cujus opus prudentia.* Vid. R. David. Kimchi *Michlol*, l. c.

(*) Vid. ad §. 57. 1.

(x) Vid. §. 41. III. 4. (α). (y) ut Esth. 4, 11. שַׁרְבִיט pro שֵׁבֶט *sceptrum* Ps. 94, 19. שַׂרְעַפַּי quod idem ac שְׂעִיפִּים Job. 4, 13. c. 20. 2. *cogitationes*, juxta *Targum. Ab. Esram* &c. Proprie *rami* quod, ut hi ex arbore, ita e corde cogitationes propullulent, ut *R. D. Kimchi* habet ad rad. סעף. Perinde ut שִׂיח de *virgulto* & *meditatione* usurpatum. שַׁרְשְׁרוֹת Ex. 28, 14. idem ac שַׁרְשׁוֹת l. c. v. 22. *catenæ.* Desumta hæc sunt ex *Additionibus Eliæ*, adjectis *Kimchio*, in rad. שרבט. Ubi insuper observat, in ultimo, ר juxta quosdam poni pro ל, exprimique per illud שלשלת Rabbinorum. Sic אַבְרָהָם Gen. 17, 5. idem ac אַב הֲמוֹן *pater multitudinis*: ut a Deo ipso redditur, significatione רב *magnitudinis* neglecta. Vid. plura in *Ad. Syriæ* §. 41. 2. p. 68. (z) in

2. *Servilis* ab initio Radicalibus apposita Essentialiter talis vocatur *Præformativum* [a], Extraessentialis vero *Præfixum* [b]. In fine adjecta, Essentialis dicitur *Afformativum* [c], Extraessentialis autem *Suffixum*

בדלח Gen. 2, 12. quod *Bochart.* Hier. P. II. l. 5. c. 5. col. 675. sqq. *Vnionem* reddit, ex rad. בדל Synonyma τῷ פרד, unde Arabum פריד *singularem* denotans *margaritam*, inter alias in monili connexas *eminentem*. Vocibus quippe *separationem* exprimentibus, *excellentia* innuitur & *eminentia*. Vnde *Pharisæi*, *Schem ha-mphoraſch*, *Angeli* creaturarum Eminentissima נבדלים Rabbinis. Vid. *R. Jos. Albo* in „*Jkkarim*, Orat. 2. c. 28. Imo quæcunque alia, per„petuo cœteroquin Radicalis, in Quiescentibus & Ge„minantibus Ain servire videtur formationi Conjugatio„num Gravium; quando duplicata vel in locum secundæ „abjectæ aut transmotæ ponitur, vel vicem occupat „Dagesch characteristici. Vid. §. 45. II. 2. §. 47. II. 1. 2. Verum cum hic potius Geminatio sit Radicalis ad thema constituendum necessariæ; ibi vero nuda alternatio, quæ eas suppeditat numerandas, pro quibus alternat; & de derivatione בדלח Bochartiana res adhuc dubia: satius est, ad usum communem conservandum, in numero Radicalium istas relinquere; quam ob unicum & leve aliquod officium, totum hunc turbare ordinem, in themate investigando alias haud parum conducibilem. (a) Quales sunt Literæ *heemanthica* in Nominibus, de quibus §. 29. & Characteristicæ Conjugationum ac Temporum in Verbis, juxta §. 41. (b) Cujusmodi Particulæ, plerumque consignificantes, §. 38. & §. 50. (c) quales Notæ Generis, Numeri, ac Personarum, in Nominibus

*xum* [d]: quæ vox tamen ſtrictiſſime ſumta, ſola denotat Pronomina Inſeparabilia e.

3. Ratione Vſus, *Seruiles* vel *vocis ſignificationem augent*, aut *variant*; vel ejus *euphoniam* tantum *promovent* f.

4. Litera Servilis (ut litera g) Radicalibus Perfectorum h ab initio appoſita,

C 2 pun-

pariter ac Verbis, ſecundum §. 31. II. §. 32. § 33. §. 42. atque Heemanthicæ in Nominibus, de quibus §. 29. (d) ut Pronomina, ac literæ Paragogicæ, ad §. 39. & §. 54. (e) de quibus §. 39. (f) Quæ ſignificationi vocum affectarum aliquid ſeorſim ſuperaddunt de ſuo, Ebræis משמשות vocantur i. e. *Serventes*, ſeu אותיות השמוש; reliquæ omnes נוספות *Addititia*. Parum profecto appoſite. Præformativæ enim & Afformativæ, non leve addunt monumentum ad vocum ſignificationes diſtinguendas. in determinando Tempore perſona, genere, ac numero, derivandisque e Verbo Nominibus: quarum adeo *negocioſam* occupationem dehoneſtant titulo, *otioſe* inſervientibus, ſolius ornatus cauſa, proprio. (g) i. e. pro ſola litera poſita, non autem pro voce integra. Nam ſecus ſe habent literæ משה, de quibus §. 38. & §. 50, I. quæ, utpote pro integris vocibus poſitæ, vocibus poſitæ, vocalem ſervant ſuæ originis. (h) ſecus §. 45. l. 3. & §. 47. I. Obſ. 1. ac in Nominibus inde ortis, ut Pſalm. 27. verſ. 1. מָעוֹז *robur*, *ab* עָזַז robuſtus fuit., Gen. 1, 9. מָקוֹם *locus*, *a* קוּם, &c. *in quibus vocalis brevis*, ex ſchva ob alterius concurſum, ad analogiam Perfectorum facta, *ſyllaba compoſita*, ob ablatum ſimul cum ſecunda radicali ſchva

punctum regulare amat (:) i. Et, si Praeformativa fuerit, etiam prima Radicalis, accipit (:) k; nisi Dagesch subsequens id impediat l.

§. 6. Vt plene sonent Literae m, ad-

primae radicalis, *in simplicem abeunte*, elevatur in oppositam longam; ut satisfiat §. 6. Obs. 2. (i) tanquam ordinarium & unicum medium, quo cum radicalibus in unam vocem transeundo coalescat. Vid. §. 9. (k) *Ad intimiorem nexum Servilis cum Radicali*, per Syllabam compositam stricte talem, *constituendum*. Hujusmodi Praeformativum ad Radicem se habet per modum surculi, qui stipiti a se cognominandae inserendus, hiatum requirit; per quem se insinuet, stipitisque succum attractum, in indolem convertat sibi ingenitam, suae attemperatum naturae. (l). Quo casu *compendii ergo* vocalis primae radicalis *dici potest retineri*. Quod si enim vel maxime in (:) transiret; elevaretur tamen denuo, ob consequens (:) aliud in litera dageschata latitans (tanquam ex tribus medium §. 24. Not. 1.) in vocalem suae convenientem origini §. 17. III. occupatione frustra & solius doctrinae ergo instituta.

(m) Conf. omnino naturam literarum supra ad §. 1. annot. b). Bene in hanc rem *Apulejus* de Mundo: *ex literis* inquit, *aliae sunt insonae, semisonantes aliae, pars sonantes, attamen* MVTVIS SE AVXILIIS ADIVVANTES, *Syllabas pariunt, & de syllabis voces. Lucianus* in judic. Vocal. χωρὶς ait φωνηέντων ὐδὲν καθόλυ τι γράφεσθαι. Idem mox: τὸ ταῦ τοῦτο, ὅ μὰ τὺς θεὺς, εἰ μὴ ἐξ ὑμῶν (φωνηέντων) δύο συνῆλθον ἀγαθοὶ, καὶ καθήκοντες ὁραθῆναι, τό τε ἄλφα, καὶ τὸ υ, ὐκ ἂν ἠκύσθη μόνον,

adjiciuntur illis *Vocales* (n), post lite-

C 3 ram

*Plato* in Theæteto f. 203. τȣ̃ βῆτα ȣ̓́τε φωνὴ, ȣ̓́τε ψόφος, ȣ̓δὲ τῶν πλείςων ςοιχείων. De mutis omnibus ita *Aristoteles* de Poetica c. 20. ἄφωνόν ἐςι τὸ μετὰ προσβολῆς καθ᾽ αὑτὸ μὲν ȣ̓δεμίαν ἔχον φωνὴν, μετὰ δὲ τῶν ἐχόντων τινὰ φωνὴν γινόμενον ἀκȣςόν. Priscianus lib. I. de litera: *Multa* ait, *est differentia inter Consonantes & Vocales. Tantum enim fere interest inter vocales & consonantes, quantum inter animas et corpora. Animæ enim per se moventur, ut Philosophis videtur, & corpora movent. Corpora vero nec per se sine anima moveri possunt, nec animas movent: sed ab illis moventur.* VOCALES *similiter* ET PER SE MOVENTVR *ad perficiendam syllabam,* ET CONSONANTES MOVENT *secum.* CONSONANTES *vero* SINE VOCALIBVS IMMOBILES SVNT.

(n) Eod. sensu, quo *Tibullus* l. 2. Eleg. 5 *Vocales* inquit, *impellere pollice chordas*; ob *vocalitatem*, juxta *Probum*, ita dictæ: *a voce* h. e. *sono, quem edunt perpetuo* omnes, etiam sine ope alterius. Vnde & *Apulejo* de Mundo, ubi supra, vocantur literæ *sonantes*. Vid. *Diomedes* l. 2. c. 1. & Antiquis istis, quos *Isid. Hisp.* citat Orig. l. 1. c. 4. *sonæ*. Eodem prorsus valore, quo *Platoni* in Theæteto & Cratylo, *Aristoteli* de Poetica c. 20. *Galeno* lib. 1. Method., *Plutarcho* Sympos. l. 9. Probl. 3. aliisque Græcis dicuntur φωνήεντα; & Ebræis quandoque קולות *voces*, aut הברות *soni*. Vid. *Bechai* in Gen fol. 26. c. 3. l. 46. 47. *R. Salom. Jarchi* ad Cod. Nedarim fol. 37. b. l. 17. Cæterum, cum non modo *in se sonent*, sive, ut Isidorus loquitur l. c. *per se vocem impleant*, etiam *nulla adhærente consonante*; sed & literas *sonare faciant*: ab hoc ipso officio appellantur communiter Ebræis תנועות *Motiones*. Hoc quippe vocales, ceu alte-„

„ra pars vocum essentialis, præstans literis, ut eas„dem per se non magis mobiles, ac corpus anima„destitutum, suo accessu animent reddantque mo„biles; eam suppeditantes vim, qua inanem alioquin „conatum in actum possint perducere. Conf. supra dicta ad §. 1. not (b) & Vid. *Kimchi Michlol* f. 48. c. 1. med. Cujus intuitu *Vocales haud inepte dixeris literarum animos*, quum ad eas perinde se habere videntur, ac anima ad corpus. Qua allusione dudum usus est autor antiquissimi libri *Bahir*, cit. *R. Bechai* ad Gen. 18. v. 3. f. 26. c. 4. l. 27. 28. itemque *Sohar* in Genesin col. 3. l. 31. Vide quæ in fine notæ præceden„tis adducta sunt ex Prisciano, p. 37. Atque adeo *vix* „*mentis compotem se probaret, qui vocales literis negave„rit coævas*, Posito enim pleno literæ sono, eoque ar„ticulato; ex jam dictis necessario ponitur vocalis: qua „negata, statim ipsius literæ perfectus negabitur sonus, „etiam ejus, quam (hæsito, an satis apposite) latini *semivocalem* vocant seu *Semisonam*, græci ἡμίφωνα. Profecto & hæc per se muta, quicquid soni habet articulati, accipit unice a vocali præmissa. Vnde etiam ad hanc classem referunt, *quæ* ut *Isidori* verbis l. c. exprimam, *ab* E *vocali incipiunt. & desinunt*, in *naturalem sonum*, per præmissam scil. vocalem iam motum s. excitatum. Vid. Priscianus l. 1. de litera. Quod si sustuleris vocalem hanc, a qua dicuntur incipere sonum articulatum, qui ipsis naturalis est, nunquam sonum perficient: sed non nisi *murmur*, ut *Isidorus* l. c. loquitur, sonabunt, vel ad summum ψόφον, secundum *Platonem* in Theæteto f. 203. B. οἷον συριττούσης τῆς γλώττης, quem literæ S adscribit; dictæ ob peculiarem suam potestatem, juxta *Diomedem* l. c. ap. græcos μοναδικὸν γράμμα. Nec impediebat iste, quo minus ab eodem S. inter ἄφωνα h. e. *insona* s. *muta* referatur. Quisquis modo paulo accuratius attenderit, manifesto deprehendet etiam hunc *sibilum*, quem creditur per se edere, non perfici sine vocali i vel e, qua animatur, præmissa. Idem judicium esto de

ram ſonantes o, *quinque breves*, *to-*

C 4 *tidem-*

---

reliquis, quicquid *Diomedes* l. 2. c. 1. *Probus* de Element. lit. *Donatus*, inque eum *Sergius* atque *Priſcianus* l. 1. dixerint, ipſeque *Ariſtoteles*] Tom. IV. de poetica c. 20. ſi quidem ipſius verba τὸ μετὰ προσβολῆς ἔχον φωνὴ ἀκουστὴν alium ſenſum habent ab illis *Luciani* in Judic. Vocal. ἡμίφωνα προσθήκης εἰς τὸ ἀκουσθῆναι δεῖται: quorum verſio: *Semivocales ut audiantur, accesſione egent vocalium*, noſtram mirifice defendit ſententiam. Nulla per ſe proferri poteſt, aut ſine vocali aliquem ſui ſonum articulatum habet, Etiam leviſſimum. Solis *vocalibus* hæc competit prærogativa, ut (1) *Per ſe vocem* articulatam *vel ſonum edant* perpetuo *Ariſtot.* l. c. ,, ἔστι δὲ φωνῆεν μὲν, τὸ ἄνευ προσβολῆς ἔχον φω- ,, νὴν ἀκουστήν. Lucianus l. c. καθ' αὑτὰ δύνανται ,, φθέγγεσθαι. *Vocales* inquit Priſcianus l. c. *dicuntur,* ,, *quæ per ſe voces perficiunt*; & *ſine quibus vox literalis,* ,, *proferri non poteſt.* Atque adeo (2) *literam* mutam *ani-* ,, *mant* ſeu *movent*. (3) *Accentum ſuſtinent*, tam *tonicum,* ,, quam *ordinativum.* Ac tandem (4) *cum literis a ſe ani-* ,, *matis conſtituunt ſyllabam*, cum una ſimplicem, compo- ,, ſitam cum pluribus. (o) Vocalizatam ſcil., cui adjiciuntur, & quæ cum hac connectitur quandoque per Schva mobile. Tantum enim abeſt, hic ſolam vocalem per ſe Syllabam conficere, quamvis cum *Sergio* in Donatum abuſive talem dixeris, ut *nulla* potius *Syllaba a vocali incipiat,* ,, *a conſonante omnes.* Cum vero conſonans tali ſitu, ut- ,, pote animata vocali, ſemper mobilis ſit, *literæ* י *initiali,* ,, *per ſchureck animatæ*, cave alium *adſcripſeris* ſonum, ,, quam *aſpirationem leniſſimam ad inſtar* א. Id quod com- ,, muni Judæorum pronunciationi convenit, & Traditioni iſti quam a *R. Juda* primo inter Ebræos Grammatico ad ſe propagatam exhibet R. Dav. Kimchi in Mich-

*tidemque longa* p; brevibus suo sono homo-

Iol. f. 17. c. 1. l. 3. sqq. omnemque tollit cacophoniam, alioquin non parum conspicuam De cætero non impedit, quo minus vocalis sono suæ jam postposita literæ, ante talem sonet literam, quæ istam sine vocali sequitur, atque adeo animanda est vocali præcedente: quæ vim suam in tali casu impertitur utrinque Quo de Vid. §. 9. Schva quiescens, & §. 15. Syllaba stricte composita.

(p) Quia *Vocales*, ut Isidorus loquitur l. c. *directo hiatu faucium sine ulla collisione* (id quod Aristoteles l. c. ἄνευ προσβολῆς vocat) *varie emittuntur*; pro hac varietate varias, necesse est, constituamus vocales. Omnis illa deprehenditur in labiis. Hæc sunt quædam quasi valvulæ, quæ aerem intra os collectum, & ad distinctum sonum formandum erepturum moderantur, ut pro capacitate concessi meatus nunc crassius so-„net, mox tenuius. Quot igitur modis labia in „sui diductione, magis minusve ad distinctos, sed sim-„plices eosque articulatos & literatos sonos forman-„dos, aperienda variant; tot naturaliter constituun-„tur vocales. Et vero, in hunc scil. finem, non deprehen-„duntur variare Labia, nisi *quinquies*; post maximam sui aperturam, quatuor tantum vicibus magis magisque coarctata arctius. Vt ex hoc fundamento non nisi *quinque in universum* sint *numerandæ vocales simplices*, A E I O V. Quæ prout modo crassius, productiusque erumpunt, modo tenuius celeriusque, varias peperere apud varias gentes subdivisiones, appellationes, & subinde etiam figuras. *Apud Latinos, vocales* inquit Priscianus l. 1. de lit. *omnes sunt ancipites, vel liquidæ*: *h. e. quæ facile modo produci, modo corripi possunt.* Pinguius pronunciandas in scribendo geminabant Antiqui. Id quod ad Accium usque & ultra, durasse Quintili-

nus autor eft lib. 1. c. 7. p. m. 70. Poftmodum adjecto apice vel fublato, longitudinem denotabant vel brevitatem. Nævium & Andronicum geminaffe vocales fcribit Marius Victorinus lib. 1. de Orthogr. In folo I. producendo diverfa utebantur ratione, non duplicantes id ipfum, nec notantes apice; fed aut prolongabant, altitudini quafi eius alteram imponentes figuram, aut præponebant E. *Diphthongo ei*, Prifcianus inquit l. c. *Veteres Latini utebantur ubique loco i longæ: nunc autem contra pro ea* I *longum ponimus*. Quintilianus l. c. *diutius duraffe* ait, *ut, e i jungendis, eadem ratione qua Græci* ει, *uterentur. Quod & fupervacuum effet & aliquando etiam incommodum.* Exempla illius exhibent ifta Lucilii, quæ in Fragmentis ejus e *Sat.* l. 9. annotat Franeifcus Doufa p. 44.

*Jam* PVEREI *venere:* E *poftremum facito, atque* I
*Vt plures puerei fiant*. I *fi faci' folum*
PVPILLI, PVERI, LVCELLI: *hoc uniu' fiet.*
*Hoc* ILLI *factum eft uni*: *tenue hoc facies* I.
*Hæc* ILLEI *fecere: addes* E, *ut pinguiu' fiat.*
MEILLE *hominum, duo* MEILLIA, *item huic utroque opu'*, MEILES.
MEILITIAM, *tenues* I, PILAM *qua ludimu'.* PILVM
*Quo pinfo, tenues* I. *plura hæc feceri'*, PEILA
*Qua jacimus, addes* E, PEILA, *ut pleniu' fiat.*
MENDACEI FVREI*que addes* E, *quum dare* FVREI
*Jufferis.*

Hujus exempla Lipfius de recta Pronunc. lat. ling. c. 8. ponit in verbis PISO. VIVVS. AEDILIS &c. exiftimans, ideo κατ' ἐξοχὴν, inter omnes literas hanc proprie longam dictam, non modo in ifto Aufonii Epigr. 128. p. m. 78. ad Eunum liguritorem verf. 10. 11.

*Quid imperite ? putas ibi scriptum,*

*Vbi locari* I *convenit longum ?*

Sed etiam apud Plautum Aulul. Act. 1. Sc. 1. v. 39. 40.

- - - *ex me unam faciam literam*

*Longam, meum quando laqueo collum obstrinxero.*

Vbi tamen illis potius accesserim, qui literæ T crucis figuram referenti applicant. In quam rem lectu dignissima sunt, quæ Lucianus depromit in Judicio Vocalium circa finem. Vid. *Quintilianus* lib. 1. c. 7. Vbi etiam de apice adjiciendo adfert monita. Conf. *Gellius* N. A. lib. 6. c. 15. lib. 9. c. 6.

De *Germanis* vocalem producendam sæpius adhuc hodie geminantibus res notior, quam ut opus sit, in ea probanda moram nectere.

*Græcos* quoque olim idem observasse, & ea comprobant Prisciani, quibus l. c. *antiquissimorum græcorum vocales ancipites* fuisse tradit: gemina cum illis Fabii, quibus *ante repertam temporis longi notam, vocales productas in scribendo geminatas* adstruit. Et quæ Plato refert in Cratylo: ὃ γὰρ H ἐχρώμεθα, ἀλλὰ ε τὸ παλαιόν. Et quamvis idem l c. p. 418. C. η afferat successisse quandoque in locum ι; subjicit tamen, tum demum id factum, cum ι jam inclinaret ad e. Proinde etiam Ausonius in Technopegn. de lit. gr. & lat. v. 3.

*Hta quod Æolidum, quodque ε, valeo hoc Latiare* E

Similiter quoque Terentianus Maurus.

*Literam namque* E inquit, *videmus esse ad* HTA *proximam*

*Sicut* O & Ω *videntur esse vicinæ sibi.*

*Temporum momenta distant, non soni nativitas.*

Quo faciunt etiam sequentia Mart. Capellæ de Nuptiis Philol. lib. 3. p. m. 53. E *vocalis duarum græcarum vim possidet. Nam cum corripitur,* E *græcum est, ut ab hoc* HOSTE. *Cum producitur,* ἦτα *est, ut ab hac* DIE. Ex Βεὲλ Belus derivatur, græ-

tis Βῆλος dictus primus Assyriorum Rex. De o Ausonius l. c. vers. 6.

Ω *quod & o græcum compensat Romula vox* o Terentius Maurus:

*Ω grajugenum longior altera est figura:*
*Alter sonus & nota temporum Minori.*

Primus fuit, teste Plinio N. H. lib. 7. c. 56. Simonides, qui duarum harum vocalium E & O figuras divisim olim geminatas, redegit in unam, coalitione haud infelici. In ω res satis manifesta est. Simul ac enim superne clauseris, distincte desideratum exhibes. in H videtur primum alterum E inversum fuisse, ad imitationem antiquissimi moris per Cadmum sibi communicati, hunc in modum E ∃; donec successive, trabibus quibusdam dejectis, hæc nasceretur forma H. qua de Vid. Francisc. Verga.

His omnibus feliciores fuerunt EBRAEI, qui a primis vocalium incunabulis varias pro quantitatis varietate figuras adhibuere, unicuique longæ productionis signum adjicientes: sive litera, illud sit, sono vocalis cognata; sive figura vocalis parvæ geminata. Quid enim obstat, quo minus _ ex (-) geminato conflatum dixeris, perinde,, uti (..) ex (.) parvo geminato? Certe ipsa figuræ facies,, indicat, *patahh pendulum* adjectum fuisse *transverso*, ad,, productum seu geminatum (*a*) constituendum. Perin-,, de uti sonus *chirek parvi*, quem, in syllaba composita, si-,, bi propria, obtinuisse olim, mox declarabitur, in tsere,, coalescit, cum figura duplicatus. Nisi malis ex (·.·) du-,, plicato fingere; tribus punctis in unum, confusionis,, vitandæ ergo, coalescentibus. Vid. tamen *Abrah. Bal*-,, *mesi* in *Peculio* suo cap. 3. Ubi tres modo simplices constituit *patach*, *cholem* & *chirek*. Et ( _ ) ex patach & cholem componi asserit, sono vocalis superioris prævalente: (..) vero ex chirek & cholem; sono ejus vocalis prædominante, cujus situm sequitur: atque ו ex cholem & chirek, situ sonum ab utroque medium indicante. Quæ abludunt a scopo superiori nimium.

homogeneæ vel analogæ, juxta Schema ſequens.

*Breves.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | ◌ַ | Patach [q] | A. |
| 2 | ◌ֶ | Sægol [t] | E |
| 3 | ◌ִ | chirek parvum [u] | I |
| 4 | ◌ָ | Kamez hhatuph | O |
| 5 | ◌ֻ | Kübbuz (Y) | ü |

*Longæ.*

| | | | |
|---|---|---|---|
| 1 | ◌ָ | Kamez [r] | A |
| 2 | ◌ֵ | tſere [t] | E |
| 3 | ◌ִי | chirek longum | I |
| 4 | וֹ | cholem | O |
| 5 | וּ | Schurek (ȣ) | V |

Obſ. 1.

(q) (-) in ſyllaba ſimplici, & *ubicunque ſyllabam terminat, ſonat A* clariſſimum ac *purum*, *ſed in ſyllaba compoſita, in literam terminata, aliquid attrahit* impuritatis *ex* E *ſibi immixtum*: quando conſonans poſterior, utpote per vocalem præcedentem mota, naturam induit Latinorum Græcorumque ſemivocalis, ab e inchoatæ. Quod ipſum E ſono a quaſi poſtponitur, & antiquitus vel tam evidenter quandoque ſonuit, vel tam tenaciter auditui inhæſit, ut (ad exemplum omnium iſtorum, quæ, cum ultimo ſenſus feriunt, adhærent diutius), ſubinde ſolum expreſſum fuerit, ſono A neglecto penitus.

Exempla ubivis sunt obvia. Quod Moses dixerat מַלְכִּי צֶדֶק id Epistola ad Ebræos cap. 7. 1. effert Μελχισεδὲκ, quod ille נַפְתָּלִי, hoc Matthæus c. 4. 15. Νεφθαλείμ, חַוָּה redditur Εὔα, חֲקַל דְּמָא est Act. 1, 19. Ἀκελδαμὰ, חֲמוֹר Act. 7, 16. Ἐμμῶρ, הַר מְגִדּוֹ Apoc. 16, 16. apud Aretham Ἑρμαχεδών. Ægyptum, quæ Pf. 78, 5. Pf. 105, 23. אֶרֶץ חָם dicitur', *Plutarchus* Part. II. de Iside & Osiride p. m. 364. C. Vocat χημίαν. Idem ibid. p. 356. D. *Satyri* inquit, *loca circa* χέννιν *sita incolunt.* Similia his commemorat *Diodorus Siculus* Biblioth. hist. l. 1. p. 16. A. quando in honorem primi inhabitatoris ab Ægyptiis urbem ædificatam esse ait, χέμμιν dictam, quam *Panos urbem* interpretarentur: sed idem est ac *Chami mansio* vel *tabernaculum*, *myn* enim Coptitis mansio est s. tabernaculum, & Ægyptus adhuc hodie *Chemi*, secundum Kircherum, Prodr. Copi. p. 293. Quando *Plutarchus* in Theseo asserit: Ἐλελεῦ ἰȣ̀ ἰȣ̀ ἀναφωνεῖν οἱ Παιωνίζοντες εἰώθασι, formula ista procul dubio originem traxit ex Ebr. הַלְלוּ יְהוָה vel הַלְלוּ יָהּ. Vid. *Eustath.* in Iliad. p. 1147. & Scholia in *Aristoph.* εἰρήν. p. 654. Anglis hodienum suum a obscure sonat, ut vix determines, utrum a dicant, an e, nisi ante ll. depreheudatur. Et quod græci per a efferunt, id latini quandoque in e mutarunt. Ita enim *Donatus* ad Terent. Hecyræ Act. 1. Scen. 2. v. 8. *Mecastor. Me* inquit, aut adjectio est & abundat: aut positum est pro μὰ Syllaba: ut Græci μὰ τὸν ἀπόλλωνα dicunt. *Hodie ubivis sonat* A *purum.*

(r) *Elias Levita*, in suis ad R. Mosis Kimchi שבילי הדעת Additamentis, commemorat, *Tiberienses* istos, qui accurata linguæ elocutione immortale inter Ebræos nomen sibi acquisiverunt, pal-

mam in hoc præripientes omnibus, *subobscure hanc vocalem pronunciasse*, *sono ex* a *atque* o ita *commixto*, ut prædominetur nihilominus o. Arripiunt hoc hodienum Judæi Germani ac Poloni omnes: huic solo innixi fundamento, quod figuram referat ex (◌ַ) & *kholem* conflatam, accommodatam suo sono. Sed plura pro hac sententia militare videbantur. Vt nomen taceam ob *contractionem* impositum vel *collectionem* a primo Autore; procul dubio, quod *labiis* nonnihil *contractis* efferatur, prout loc. supra cit. observat Abrah. Balmesi. Certe *Talmudistarum* tempore vocalem hanc aliquid ex O continuisse, & græca quædam vocabula probare videntur & Ebræa, quæ tam illorum (α) quam horum (◌ָ) exhibent per ו, literam vocalis O alioquin indicem. Cujusmodi v. g. *in Schemoth Rabba* Sect. 30. f. 89. col. 3. l. 13. fin. דיוטגמאות ex gr, διάταγμα: Cod. *Berach* f. 50. b l. 20. *Avod. sara* f. 14. b. l. 24. 26. 28. קרויטיי, quod Talm. Jerus l. c. c. 1. th. 5. effert קורויטה e. gr. καρυωτός, lat. caryota: *Berach.* f. 56. b. l. 16. 17. קפורקיא pro Cappadocia. Ita in *Shevüth*, c. 2. th. 8. גמלונין ex גַּמְלָן, c. 1. th. 7. דלועים ex דְּלַעַת &c. Quod si hæc procederet illatio, an proclivi foret, ostendere, hunc sonum jam Danielis tempore, itemque Ezechielis, ac Samaritanorum obtinuisse: quum ille v. g. אֲנָשָׁא exprimat c. 4. 13. per אנושא; ille c. 34. 25. בַּיְּעָרִים per ביעורים; hi hujus generis exempla depromant ubivis, cujusmodi Gen. 1, v, 1. &c. שומיה pro שְׁמַיָּא forma ex Ebræo Chaldæoque mixta, it. v. 15. וליומים pro וְלְיָמִים, & alia passim. Atque adeo parum foret, evicisse, sonum hunc obtinuisse ævo LXX Interpretum, approbatum versione οὐχὶ, vocis לָכֵן Gen. 4, 15. ex auditu redditæ, quasi esset לא כן. Ipsa turris Babylonicæ extruendæ tempora attingeret: Inde enim est, quod

Chaldæi, quibus cum alioquin in quamplurimis Syri coincidunt, ( ָ ) adhibeant pro Ebræorum ֹ, & pro isto rursus Syri suum (o). Igitur eo minus mireris, si currente ætate hujusmodi alternatio subinde in textu pure Ebræo deprehenditur: qualis est, quum v. g. pro הַשִּׁלֵנִי Num. 26, 20. dicitur 1 Chron, 9, 5. הַשִּׁילוֹנִי, item Nah. 1, 2. קַנּוֹא pro eo quod communiter dicitur קַנָּא. Unde quoque dubio procul altera ista forma Participii Benoni nata est, quæ sub prima radicali ( ָ ) substituit pro ֹ more Aramæo; qualis in גָּדֵל אָבֵל, &c. Et quid prohibet, quo minus Jupiter *Hammon* denominationem suam accepisse diceres ex Ebræo חַמָּן, quod jam Mosis ætate de cultu idodololatrico usurpatum fuisse, Lev. 26, 30 testatur. Ni forte convenientius sit, ex *Chamo* Noæ filio derivasse, quo de Vid. *Marsham* Can. Sect. 1. p. m. 30, sqq. Conf. *Bochart* in Chanaan lib. 2. c. 17 p. m 857. Sic *Solyma* est ex שָׁלֵם. Et penes latinos olim *Fovios* dictos fuisse qui nunc *Fabii*, Pompejus Festus testis est; quod Princeps gentis ejus vel ex ea natus sit, cum qua Hercules concubuerit in *fovea*; vel primum ostenderit, quemadmodum ursi & lupi caperentur *foveis*.

Enim vero his omnibus non obstantibus, multo rectius efferunt ii, qui sonum A præferunt: quales Judæi Hispani, omnesque illi, quos l. c Elias cognominat barbaros. Obstat enim sententiæ priori, quod 1. infinita *exempla Nominum propriorum* penes LXX. Interpretes, Autores N. T. nec non inscriptis Josephi, Philonis, alioquimque voces Ebræas incidenter quandoque exprimentium, *occurrant*, *in quibus* ( ָ ) *eodem prorsus sono pronunciatum deprehenditur, quo pronunciarunt* ( - ); *vocali* nim. *A utrinque adhibita.* Ex infinitis hæc pauca perpende, quorum singula utramque vocalem exhibent, sed eodem modo enunciatam: אַבְרָהָם, אַבָּא, אַבְשָׁלוֹם, אַחְאָב, עֲרָעֵר, אֲדָר,

עמיזבד , עמינדב , עלין , אחבן , אחלב , עמרם , אמרפל &c. Non minus enim pro ( ) quam pro ( ) uſurpatum deprehenditur A. 2. Ipſa *figura externa*, ſive ex ( ) geminato conflatam eam mecum dixeris, ſive cum Aliis ex ( ) & cholem, *ſonum* o *non admitteret.* Priori enim modo utraque compoſitionis pars nil niſi A ſonat: poſteriori autem gratis aſſumto, totum Compoſitum nihilominus ejus partis ſonum exprimeret, cujus occupat ſitum. 3. Confuſio oriretur inter ( ) hhatuph & ( ) longum, ſi utrumque eodem fere efferretur ſono. 4. ( ) *non haberet vocalem longam ſono ſibi cognatam*; in quam, ſyllaba compoſita in ſimplicem abeunte, vi Hypoth. III. § 17. elevari queat, ut reliquæ breves omnes. Et contra 5. ( ) *hhatuph duas haberet longas in ſono ſibi correſpondentes*; atque adeo dubium foret, quoties brevis in longam elevanda veniret, in quamnam iſtarum tranſiret, in ( ) vel cholem. Quo utroque admiſſo, tota permutandorum punctorum doctrina periclitaretur, & omni inverſo fundamento, totalis induceretur confuſio. 6. *Non debuiſſet* ( ) *in* ( ) *corripi*, quod factum eſt perpetuo, *quoties* ſyllaba ſimplici in compoſitam reſoluta, *longa in brevem tranſit*; ſed in ( ) hhatuph; Id quod nuſpiam factum deprehenditur. 7. Infirmiores ſunt rationes oppoſitæ, quam ut illis tuto innitamur. Eliana, ab externa *figura* deſumta, ob ſuperius dicta cadit. *Nomen* vero aut in reſpectu ad ſolum (-) impoſitum eſt, ut apud *Abr. Balmeſ.* l. c. habetur, quod in ſui pronunciatione magis *coarctentur* labia *colliganturque*, quam in ſono (-); aut, perinde ut in ( ) ab externa forma: quæ geminum (.) in unam figuram *collectum* atque *contractum* exprimit. *Mater lectionis* ו eo minus ſonum O in his autoribus vocali ( ) adjudicare poteſt, quo certius eſt, non modo iſtam etiam in Syllaba compoſita, atque adeo pro (-) adhiberi, v. g. in *Cod. Jebam.* cap. ult. Vid. ibid. f. 122. a. fin. b. l. 1. 2.

4. *Kidduschin* c. 4. th. 4. *Gittin.* c. 8. th. 11. &c. פונדקית pro πανδοχὶς, & פונדוק pro πανδόκειον; sed & literam א, vocalis ( ‗ ) indicem esse ordinarium: quæ tamen haud dubie sonum A denotat. Sic. v. g. Dan. 2. 35. מלאת dicitur, pro מְלַת, formæ מחת versus ejusdem. c. 7. vers. 6. 7. באתר pro בָּתַר, quod c. 2. occurrit vers. 37. Ita Hos. 10. 14. occurrit וקאם, pro eo quod alibi dicitur וְקָם. *Samaritani* Gen. 1. 26. בהמאתה dicunt, pro בְּהֶמְתָּה: ad differentiam singularis, perinde ut alibi per eandem literam א (·) indicant. v. g. l. c. v. 2. שאמה pro eo quod Jes. 24. 12. ac alibi dicitur שַׁמָּה. Longe igitur tutius foret, (si omnino secundum matres lectionis pronuncianda est sententia), eum arripere sonum, quem determinant usitatius; quam ex exemplis concludere rarissimis. Vt nemo ideo vocali (·) sonum O adscripserit, quod LXX *Seniores* eam quandoque ita expresserint: v. gr. Jos. 15. 16. Jud. 1. 12. עַכְסָה per ὀξά, 2. Reg. 14. 22. אֵילַת per ἐλώθ, Gen. 36. 40. עַלְוָה per γῶλα, c. 23. 2. c. 35. 27. אַרְבַּע per ἀρβόκ: prout vice versa ו quandoque enunciarunt per A. v. g. 1. Reg. 9. 26. אֵילוֹת pro quo ponunt αἰλάθ. *Ex alternatione vero* ( ‗ ) *pro Ebræorum* ו non magis istius sonum O probabis; quam pars adversa sonum A, ex eo quod pro Ebræorum ( ‗ ), Chaldæi

 fre-

frequentius adhibeant (-), ut in עלם, זמן &c. dubio procul per A pronunciandum. Si in eadem lingua ſubinde formæ diverſæ, pro loquentium ſaltem diverſitate, rem unam denotant; quid ni diverſæ nationes diuerſas uſurpent formas, ſonum gignentes diverſum?

(s) *Primum ſortitur locum ſonus* A, non modo latinis, de quibus *Auſonius* Technop. p. m. 490. canit:

*Dux elementorum ſtudiis viget in latiis. A.* ſed &, *Iſidoro* Hiſp. judice, Orig. lib. 1. c. 4. *gentibus* aliis *omnibus*. Vnde apud *Plutarch.* Symp. lib. 9. probl. 3. p. m. 737. E ſine reſtrictione ad certam gentem facta, abſolute quæritur: *cur alpha primum inter literas haberet locum?* & talis ſubjungitur reſponſio, quæ de Ebræis aliisque Orientalibus minus quæſitum indicat, quam de Græcis. Vid. etiam quæ ſupra dicta ſunt p. 2. not. (k).

Nec dubium, quin jure merito hanc ſibi ſedem vindicet. Quum ſimul ac labia diducuntur ſatis, ſine ullo molimine, & absque omni operoſa linguæ inflexione, naturali quaſi impetu erumpat: ſuam veluti vocem perficiens, priusquam ſatis de ea formanda quis ſit ſolicitus. Quapropter eundem omnes etiam infantes primum enunciant, & non immerito *Iſidoro* l. c. *prior* dicitur *vocem aperire naſcentibus*. Quotidiana hoc evincit experientia. *Omnes* quippe *in-*

*fan-*

*fantes*, adultorum imitaturi actiones, quod ab his ſæpius ſonum edi deprehenderint, quum libros aperiunt vel literas quacunque arrepta ſchedula aut libro, *cantant* ſuum *A*, *quam primum fari incipiunt*. Quapropter in eundem ſenſum, ad quæſtionem apud *Plutarch.* ſupra motam, reſpondet *Lamprias*, πρώτην φύσει φωνὴν τῶν ἐνάρθρων ἐκφέρεσθαι διὰ τῆς τȣ̃ ἄλφα δυνάμεως, i. e. *primam natura vocem articulatam facultate litteræ A efferri. Nam ſpiritum, qui in ore eſt, maxime labiorum motibus fingi, quibus ſurſum verſum diductis, primo exeat ſonus iſte ſimplex admodum, & nullum exhibens negotium, neque linguæ operam flagitans vel expectans, ſed ea ſe loco ſuo continente emiſſus. Itaque* καί τὰ νήπια ταύτην πρώτην ἀφιέναι φωνήν, *etiam infantes hanc primam edere vocem.*

(t) Tam ( ̤ ) quam ( ̤ ) eodem prorſus modo ſonant: & quicquid habent varietatis, id utrique competit æqualiter. Scilicet *in ſyllaba ſimplici*, E. *purum ſonant*, ac maxime clarum; quod nil quicquam immixtum habet heterogenei. Eodem prorſus modo, quo aqud Gentes quaſcunque, E illud in fine ſyllabæ poſitum. Vbi non modo purum de-

prehenditur; sed, pro capacitate situs, (in quo quælibet vocalis porrigi potest in quantumcunque temporis spatium, per sequentem literam attrahendam non impedita,) etiam productum. Cujusmodi in latinorum v. g. *te*, *re*. *sede* &c., scriptis quandoque ad *Accii* voluntatem, (quam Vid. supra p. 40. 41. coll. Vossio l. c. lib. 2. c. 12. p. 185.) in Inscriptionibus *a Grutero* procuratis & *Smetio*: REE, SEEDE. Et quale, etiam assumta consonante, concipi par est in ES, EST, juxta *Servii* annotationem ad Æneid. IV. vers. 66. ex *edo* declinatis: aut in priori ESSET, & ESSEMVS, juxta *Donati* monitum, producte pronuncianda, in illis *Terentii* Andr. Act. 1. Sc. 1. vers. 54.

*filium*
*Perduxere illuc secum, ut una* ESSET,
*meum.*

Et alibi Eunuch. Act. 3. Sc. 4. vers. 2.

*In hunc diem ut de symbolis* ESSEMVS.

Vt idem significet, ac *cibum caperet*, *ederemus*. Ad differentiam earundem vocum ex *sum* derivatarum: quæ E sono correptum habent, & impurum. Quippe quod, ob attractam post se consonantem, haud parum ad (*a*) inclinat: atque adeo eodem ferme modo pronunciandum venit, quo Germanorum ä. Vtriusque differentia conspicua est in latinorum v. g. *sedes*, *sedet*, *tenes*, *tenet*, *memet*, *leget* &c. ac germanorum **reden**, **gehen**, **stehen**, **sehet**, **flehet**, aliisque innumeris: quæ eandem

vocalem in fine ſyllabæ pure efferunt ac producte, ante conſonantem vero impure & correpte. Quum itaque non minus ( ֶ ) in fine„ ſyllabæ deprehendatur, v. gr. in priori מֶלֶךְ„ quam ( ֵ ) ante conſonantem, v. gr. in poſte-„ riori תֵּכֵל: manifeſtum eſt, quod ( ֶ ) non„ minus E clarum ac producte pronunciandum„ (præſentia toni productionem hanc procu-„ rante), denotare posſit, quam ( . ) E corre-„ ptum, & ex (*a*) permixtum. Niſi quod hoc ex„ ſua natura, atque adeo frequentius, in ſylla-„ ba ſimplici deprehendatur; illud vero in„ compoſita, & in ſimplici ſine tono aut„ metegh nunquam.

(u). ( ִ ) *chirec ſyllabæ ſimplicis denotat I purum* ac clarum: cuiusmodi deprehendimus v. g. in *mihi, tibi, ſibi* &c. noſtro, non Anglorum more, pronuntiatis. *Et hunc ſonum re„ tinet hodie ubivis. Olim* vero *in compoſita*,„ quam proprie occupat, *Syllaba*, (qua animat ſimul literam ſibi poſtpoſitam, ab hac, naturam ſemivocalis æmulata, ſæpius) *mutuabat ſonum* (e), nativæ ſuæ voci ita immixtum, ut novus quaſi ſonus inter (i) & (e) medius reſultaret. Quem cum interpretes aliarum linguarum in ſuo idiomate haud commode poterant exprimere; factum eſt, ut ſubinde ſolum E retinuerint aſcititium. Cujus rei veſtigia vbivis obvia deprehenduntur. Ita Ebræum עִמָּנוּ אֵל Matth. 1. 23. expreſſum

deprehendis per ἐμμανουήλ, הִפָּתַח (imperat Niphal) per ἐφφαθά, Vid. p. 29. Marc. VII. v. 34. בִּנְיָמִין per *Benjamin*, יִשַׁי per *Ieſſe*, גִּדְעוֹן per γεδεών, יִפְתָּח per *Iephta* &c. Quod Ebræi ſcribunt מִמֶּנּוּ, *Hieronymus* effert *memmennu*. Et ex eodem fonte derivamus, quod duorum ſchvaim concurrentium prius Syri toties in (ₒ) mutarint, quoties Chaldaice tranſit in (.). Id quod in linguis adeo cognatis, ut non ſine omni ratione pro eadem reputentur quibusdam, vix fieret; niſi *chirec* illud *parvum* ſummam cum Græcorum (ε), unde *revoxo* mutuarunt Antiocheni, haberet convenientiam. Et fallor, aut hinc factum, ut & *Græci*, teſte *Platone* (in Cratylo fol. 418. Edit. Ser.) in eadem dialecto, progreſſu temporis (ε) quandoque adhiberent in tali loco, ubi olim uſi fuerant (ι); & *Latini* eundem caſum per (i) modo efferant, modo per (e) v. g. Idem *Virgilius*, qui autore *Gellio*. N. A. lib. XIII. cap. 20. Æneid. III. verſ. 106. dixerat: *centum urbes habitant*, eandem ejusdem caſus vocem Georg. lib. I. verſ. 25. effert per i, verbis:

——*incertum eſt* VRBIS *ne inviſere Cæſar*!
*Terrarumque velis curam.*

Et alibi, eodem in loco, quod *tres* dixerat, ilico convertit in *tris*, Æneid. lib. X. verſ. 350. 351. inquiens:

TRES

TRES *quoque Threicios Boreæ de gente suprema,*
*Et* TRIS *quos Idas pater & patria Ismara mittit.*

Quin ipse *Fabius* aliquem sonum admisit inter i & e medium, lib. I. cap. 4. asserens: *Et in* HERE neque E plane, *neque* I auditur. Et alibi cap. 8. HERE *nunc* E *litera terminamus: at veterum Comicorum adhuc licris invenio,* HERI *ad me veuit. Quod idem in epistolis Augusti, quas sua manu scripsit aut emendavit, deprehenditur.*—SIBE & QVASE, *scriptum in multorum libris est: sed an hoc voluerint autores, nescio. T. Livium ita his usum, ex Pediano comperi; qui & ipse eum sequebatur. Hæc nos* i *litera terminamus.* Superius cap. 4. idem de eadem re dixerat, antiquos per E extulisse *Menerva, Leber, Magester*, & *Dijove*, ac *Vejove*, pro *Dejovi*, & *Vejovi.* Etiam *Donatus* in Terent. Phorm. act. 1. sc. 1. v. 2. *propter cognationem* inquit, E & I *literarum, non dubitaverunt antiqui* HERE & HERI *dicere*; & MANE, *ac* MANI; & VESPERE & VESPERI. *Varro* quoque lib. I. de R. R. cap. 1. *rusticos* vult VEAM & VELLAM *dicere, ubi* VIAM & VILLAM. Et *Festus* ait, veteres dixisse ME *pro* MI, *seu* MIHI; & AMECI *pro* AMICI. *Servius* vero in II. Æneid. *pennas*, pro *pinnas*. Observante *Vossio* de art. Gram. lib. I. c. 12. p. 55. 56. Vnde latina hæc pleraque scias mutuata.

Obſ. I. Quamvis *nec longa vocalis*, ſequentem literam animans, *faſtidioſe* nimis *producenda* ſi; *nec brevis*, ſyllabam terminans, *acceleranda nimium. Autor* tamen *vocalium* x, *vocali brevi pro-*

(x) Quisquis ille fuerit, qui præſentes vocalium figuras invenit, aut perfecit. „Equidem *non crediderim, ab iisdem Autori-* „*bus, qui Scripturæ Sacræ exhibuerunt literas,* „*etiam vocalium hodie extantium figuras fuiſſe* „*additas*. Quod hæ in quamplurimis locis „adeo contrariæ ſint literis, quibus deprehen- „duntur adſcriptæ, ut, quamdiu veritas ſaltem „unica eſt, autori uni per impoſſibile adſcri- „pſeris: niſi eundem inconſtantem admodum; „incertum, & ſibi imprudenter contradicen- „tem ſtatuas. Qualem in ſacris literis, nefas eſt, „concipere, nedum ſtatuere. Prout hæc talia ſpeciali tractatu *Maſoræ throno motæ* ex inſtituto perſequor prolixius. Adjecerit easdem primum *Esdras*: ſive is ſolus, divino excitatus inſtinctu, hoc opus laboris immenſi, nec minoris utilitatis, aggreſſus ſit; ſive cum Collegis ſuis, quorum plurimi afflatu ſubinde agitabantur ſublimiori, communicarit conſilium. Continuata tamen fuit eadem opera per ſubſecuta aliquot ſecula: pluribus plura, & ſuis literis ſubinde minime, conſonantia puncta adſcribenti-

bus. Qualia nimirum aut constructioni & formationi a se conceptæ convenire credebant aptius, aut textum interpretari clarius. Ne quid enim celasse videar, קרי „ *ubivis ferme locorum est magis perspi-* „ *cuum quam* כְּתִיב, *formasque & constru-* „ *ctiones exhibet frequentius usitatas:* „ *nisi ubi ejus Autores manifesto humani aliquid offenduntur passi.* Proinde non dubito, quin id ipsum (קרי scil.) primum a piis & religiosis viris margini sit adjectum: hac saltem fine, ut sibi, & ad summum, suæ quoque familiæ, inserviret, interpretationis loco: servatis aliquamdiu sub כְּתִיב iisdem vocalibus, quas Esdras apposuerat. Donec, progressu temporis, alii, qui concisam hanc & subtiliter excogitatam explicationem, & ad usitatiorem loquendi modum recte accommodatam emendationem magni faciebant, ut conservarent eam diutius, alteram ejus partem, vocales nimirum, in ipsum inferrent textum. Satis certi, quod autoritati Scripturæ, ejusque incolumitati incorruptæ nil quicquid derogarent, quando *divinitus inspiratum* כְּתִיב religiosissime servarent, singulasque ejus literas: quibus quisque gnarus, puncta valeret adscribere debita.

Enim vero *non obstant hæc, quo minus vocalium figuras ultra tempora Esdræ extendas.*

*Eumque* non tam a ſe excogitatas, quam *dudum extantes, textui adjeciſſe dicas.* 1. Nomina quippe ipſarum & Ebræam habent originem, & ſimul formam. Id quod probat, tali eadem indita fuiſſe ætate, qua viguit adhuc lingua Ebræa inter Judæos vernacula. Diſpar certe ratio eſt accentuum: Hi quippe, quantumvis eos momento ſaltem, priores literis adſcriptos dixeris, nomina pleraque aut origine, aut certe forma Chaldaica habent: atque adeo eam exiſtentiæ ſuæ ætatem produnt, qua lingua Ebræa per captivitatem Babylonicam corrupta, multum de nativo nitore ſuo perdiderat. 2. Adhæc valor vocalium una cum ipſis literis ſimul extitit, ut ſupra p. 37. 38. 39. probatum fuit prolixius. Quid autem obſtat, quo minus eundem, ne oblivione periret, ſigno cuidam alligatum credat. perinde ut literarum? utut non ubivis locorum uſurpatum fuiſſe ſtatuas. 3. Quod ſi inventum hoc ſoli humanæ induſtriæ adſcripſeris; hæc videtur prius incubuiſſe figuræ inveniendæ ejus, quod per ſe ſonat, quam iſtius, quod aliunde adjumentum indipiſcitur. 4. Et ſi Esdras tot novis figuris, nunquam antea viſis & cognitis. ſuos oneraſſet contribules: operoſum earum addiſcendarum ſtudium plus illis peperiſſet moleſtiæ: quam facilitatis attuliſſet diſtincta earum expreſſio. Quod ipſum intentioni ipſius e diametro eſſet, oppoſitum.

5.

*pronunciandæ* nonniſi *ſimplicem temporis moram* y *impendi voluit*; *longæ vero ge-*

5. Præterea tanta eſt iſtarum perfectio, ſive *ſitum* conſideraveris, labiorum depreſſioni vel elevationi in pronunciandis illis convenientem ſive *nomina*, poteſtati ut plurimum accommodata; ſive ipſam etiam *formam*, temporis ſpatio menſurando adaptatam: ut ſimul inventas, &, inter tot graviſſimas occupationes alias, una ad tantum faſtigium humana induſtria evectas ægre dixeris.

(y) Sonum quippe edit. Cuilibet vero ſono formando certum temporis ſpatium competit. Quia fit mediante aere, qui corpus eſt. At corpus ſine aliqua temporis mora nunquam moveri poteſt. Vnde & orationem, quæ tamen nil aliud eſt, quam plurium ſonorum complexus continuatus, horis dimetimur & minutis, certoque circumſcribimus tempore. Ipſi multas quotidie horas in mero ſono formando tranſigimus. Id quod fieri non poſſet, niſi ſingulis orationis partibus certum temporis ſpatium competeret; utut ſeorſim in quacunque parte, ob ſequentem indivulſo nexu accelerandam, non ſatis ſit menſurabile. *Quantulumcunque* autem *temporis*,, *ſpatium*, vocali brevi impendendum, *conci-*,, *pias per moram iſtam ſimplicem*; *tantundem*,, memineris, *impendendum* ſore cuicunque,,

*geminam* z. Quapropter etiam.

2. *Vocalis longa est in Syllaba simplici, brevis in Composita* a; *nisi utrobique ad-*

„*literæ mobili*: nisi quod *duabus ante vocalem* „suam conjunctim *sonantibus una* saltem ac „simplex *mora competat*; distinctis literis ob communem animam, æquali actu utrumque simul afficientem, in unam quasi (aliarum gentium) compositam coalescentibus.

(z) Quia aut *ipsissimam brevis figuram* in sua figura *geminatam complectitur*: aut, ubi confusionem peperisset geminatio, loco partis geminandæ, *literam substituit*, suo sono *vocali* componendæ non modo *cognatam*; sed *& in vocalem*, more latinorum I & V, facile *liquescentem*. Quod si jam utrique parti componenti certum sibique competens temporis spatium adscripseris; *non poterit non* in vocali longa, tanquam ex duabus composita, *resultare temporis mora geminata*.

„ (a) Quia *quælibet Syllaba tria temporis* „*spatia complectitur*, sine quibus nulla prorsus „fieri potest. Quemadmodum *nec plura* penes Ebræos *concurrunt unquam*, *nisi tonus adfuerit*, (aut minimum, ejus loco, Metegh). Quum enim tonus in quacunque lingua tantum ponderis habeat, ut Syllaba tono affecta protractiori efferatur mora, quam ulla alia totius vocis: subinde evenit, ut, etiam apud Ebræos, quatuor quin & plura tem-

*adſit tonus* b *vel Metegh* c. * *Chaldaice* vero vocalis longa ſæpe occurrit etiam in Syllaba compoſita.

3. Pun-

poris ſpatia in ſyllaba tono affecta concurrant. (*) *Chaldaice* vero temporis ſpatia tribus plura, concurrunt etiam in ſyllaba tono deſtituta. (b) Tonus cum vocali brevi ſyllabæ ſimplicis, tertiam temporis moram ſupplet; cum longa vero ſyllabæ compoſitæ, cauſatur, ut etiam ultra tria temporis ſpatia in eadem ſyllaba poſſint concurrere. Vid. ad lit. (a) p. 60. (c) Adſtrictum ſc. quod vocali brevi additum, ſubinde ſupplet tertiam temporis moram, peculiari nomine *Maarich* inde dictum Ebræis: & ſufflaminando vocalem quam afficit (Vid. §. 13.), efficit, ut retineatur longa in ſyllaba compoſita. Vid. §. 18. Obſ. Cæteroquin fundamentum hic traditum tam certum eſt, ut vel *hæc ſola regula* legitime limitata *ſine* ulla ſit *exceptione*. Cave enim pluralem בָּתִּים excipias, e ſingulari בַּיִת formandum, coll. §. 21. §. 22 i IV. §. 25. II. Obſ. 4. §. 56. I. Obſ. 7. lit. (*n*). In hoc quippe accuratiores Codices vel Dageſch forte non agnoſcunt, literæ ת in quibusdam impreſſum: vel, ſi habent, præcedenti vocali ſimul adiiciunt metegh. Satius vero eſt, id ipſum Dageſch omiſiſſe, tanquam ſupervacuum. Ne enim charaſteriſticum dicas, ad differentiam Participii ex themate בּוּת flexi, impreſſum, vi-

3. Puncta Vocalia accommodent ſe literis, maxime ſuis [d], ſæpe & ſequentibus [e]: quarum pronunciationem, quantum in ſe, promoveant ac facilitent.

4. In

ſ. 20. Obſ. 3. β. obſtat thematis hujus apud Ebræos defectus; apud Chaldæos vero, qui illud omnino agnoſcunt, diverſa formatio (בֵּיתִין vel בְּאַתִּין), quæ cum hoc nomine nullam penitus confuſionem pareret. Vid. tamen *Kimchi* Michlol. f. 28. c. 1. l. 36. ſqq. Nec eſt, ut אַחֵר, אַחַר vel אַחַת eximenda cenſeas: quamvis tonum ipſorum in ultima plurimi comprobent accentus ordinativi intermedii; ſive vocalem brevem ultimæ ſyllabæ retinuerint, ſive etiam in longam produxerint. In penultima quippe ( ) alternat pro ( ), vi §. 26. 12. cum ſit formæ חָכָם: ( ) vero eſt pro ( ), tenore ejusdem §. 26. 11. tam in maſculino conſtructo, quam fœminino. Illud enim ad analogiam חֲכַם inflexeris, hoc vero ex אַחֲרָה, coll. §. 32. ſ. 56. l. 4. §. 42. II. Obſ. 2. Vicarium autem alternans, ſequitur naturam ejus pro quo alternat, ſ. 9. III. Obſ.

(d) Poſt quas nimirum efferuntur. Vid. ſ. 25. §. 26. (e) Ordinarie quidem toties, quoties ſequentes literæ propriam vocalem non habent, ſed per præcedentem animandæ ſunt. Vid. p. 39. 40. ad lit. (o).

4. In pronunciatione vocalium, *A* labia aperit omnium maxime: quæ deinceps secundum ordinem reliquarum, in unaquaque magis magisque contrahuntur arctius [f].

5. Vocales absque literis positæ, literas respiciunt explicationis ergo in margine [g] locatas: literæ vero absque vocalibus

---

Quum enim hæc tali casu vim suam retrorsum & antrorsum exserat; æquum quoque est, ut non minus postponendæ literæ inserviat, quam præmissæ. Exempla prostant §. 26. 9. §. 41. III. 3. Haud raro tamen sequentis rationem habent, quantumvis vocalizatæ. Vid. §. 20. Obs. 1. §. 26. num. 11. 12.

(f) Asserti veritatem autopsia comprobat, etiam in speculo manifesta. Vid. etiam *Helmontii* Alphab. nat. iconismum 34.

(g) Jud. 20. 13. occurrunt ‥ : quæ legunt בְּנֵי *filii*, Talia vocant Ebræi קְרֵין וְלָא כְתִיבָן *legenda quamvis non sint scripta*: & in Cod. *Nedarim* (quo autoritate Mosis hanc suam crisin incrustare satagunt, audacter, pro more suo, traditionem vocantes, per istum e monte Sinai diductam (huc referri volunt 2 Sam. 8, 3. ¯ ˙ : legenda per פְּרָת *Euphratis*: 2 Sam. 16, 23. ¯ · legendum אִישׁ *ali-*

bus censentur multis otiosæ [h]. Mihi vero

---

*quis*; Jer. 31. 38. pronuncianda per באים *venturi*: Jer. 50. 29. legendum לה *ei*: Ruth 2. 11. ad indicandum את: Ruth. 3. 5. & 17, pro אלי *ad me*: atque ibidem per לי legendum.

(h) 2. Reg. 22. 5 בבית pro quo legendum monet Masora בית, Gen. 30. 18. & passim alibi יששכר posterius ש autoribus punctorum prorsus otiosum est. Gen. 27. 4. צידה cujus ה, ex sententia Masoræ abundat: sicut integræ voces, 2. Sam. 13. 33. אם, &c. Hujusmodi vocant Ebræi כתיבן ולא קרין *Scripta, sed non legenda.* Et in Cod. *Nedarim* l. c. eo referri volunt נא 2. Reg. 5. 18. ואת ante המצוה quod *Rabbenu Nissim* sectioni ואתחנן adjudicatum fuisse dicit, forte Deut. 6. v. 1. quamvis in nostris Codicibus ita non extet: *R. Sal. Iarchi* vero ad Jeremiam referendum censet, dubium, an ad cap. 32. 11. Item ידרך illust posterius voci הדורך præmissum Jer. 51. 3. ac חמש alterum de angulo australi Ezech. 48. 16. atque אם voci גואל additum Ruth. 3. 12. Quæ otiose putant inserta, atque adeo nec legenda, nec ad sensum eruendum consideranda.

vero Salvatoris mei sententiam ; omni-
E bus

(i) Quæ habetur Matth. V, 18. verbis; Ἰῶτα ἓν ἢ κεραία ἐ μὴ παρέλθη ἀπὸ τῦ νόμυ. Equidem non negaverim, scopum Salvatoris, subsequenti versu evidentius manifestatum, hunc fuisse ut doceret locutione hac, *nullam prorsus rem maximam minimam legis perituram*. Sed hunc scopum non obtinuisset, si per meram hyperbolen locutus, verba secundum literam intelligenda noluerit. Quin potius a minori argumentatur ad majus: „*nulla litera*, Synecdochice per literarum mini-„mam jod intellecta, quin *nec literæ particula*,„ *peribit*; *nedum integra vox nedum res ulla*,„ *quantumvis minima*. Eodem prorsus modo,„ quo in *Vaijikra rabba* Sect. 19. f. 151. col. 3 Deus Deuteronomio de violentia Salomonis, literam jod vocis ירבה Deut. 17. 7. deleturi, querulo, respondisse dicitur: *Salomon & centum alii ipsi similes peribunt, sed jod unum de te non peribit in æternum*. In Cod. *Sanhedr*. Hier. f. 20. col. 3. l. 41. ad eandem querelam respondisse fertur, paucis mutatis: *Salomon & mille ei similes peribunt, sed aliquid* (דבר non מלה in fonte habetur) *de te non peribit*. At lubentius adduxerim *Schemoth rabba* Sect. 6. f. 101. col. 3. init. quippe unde pateat insimul, quid per κεραίαν Salvator intellectum voluerit. Non puncta scil. vocalia, nec præcise coronulas illas, quibusdam saltem

bus Masorethis k præferenti, ut Scriptu-
ram

literis, certo casu, addi consuetas, tactas supra ad p. 2. lit (c). Quæ hodie impressis Codicibus omnibus periere: illa v. tuto abesse possunt. Verum *ductum* sive *lineolam, particulam literæ* (speciatim jod) *minimam*. Ita enim l. c. inquiunt: *Ascendit litera jod vocis* ירבה Deut. 17. 7. *& supplex prostrata coram Deo dixit: o dominator mundi! nonne constituisti, ut ne ulla litera periret. de lege in æternum? en Salomon occupatus est in eo, ut me deleat. Fortassis hodie* (a minima incipiens) *abrogabit unam, & in crastinum alteram, donec tota lex quantacunque illa est, pereat. Cui respondit sanctus ille benedictus: Salomon & mille ei similes peribunt, sed* APICEM DE TE *non abrogari sinam.* Quæ si hyperbolice intelligerentur, responsio non foret aptata petitioni: & nihil inde solatii redundasset in literam jod, quæ sola accusationem movit. Quorum illud sapientiæ; hoc justitiæ, bonitati & veritati divinæ contrariaretur. Quæ ut magis erigeret literam de sui interitu solicitam, *ne particulam* quidem *sui minimam* (qua de vid. Cod. *Menach.* fol. 29. a. l. 5. fin. coll. Glossa marginali) *perituram promisit, nedum totam.* (k) Quicunque demum fuerint; *Esdra* tamen ac *Collegis suis recentiores.* Vid. supra p. 56. sqq. utut longe antiquiores Talmu-
„de. Quoties enim hi annotant, vocem quan-

dam defective scribi, aut literam vel vocem,„ legi debere, quamvis scripta non sit: toties,„ asserunt, aliquid *jam tum* periisse de lege. Et ubi-„ cunque aliquid abundare volunt; aut non le-„ gendum, quod scriptum extat; ibi aliquid de„ lege *adhuc* abrogari volunt, vel perire Vtrum-„ que contra disertum Salvatoris, & Talmudista-„ rum supra citatorum, pronunciatum. Nam il-„ lud idem est, ac si dicant, *aliquid de lege periis-„ se*; & hoc, perinde ac, *aliquid perire debere*.„ Quod qui perpenderit, mihi homini Christiano non amplius vertet vitio, quod *quamcunque sententiam, Salvatori meo contradictorie opposi-tam, repudiem*. Venerentur hujusmodi sequioris ævi Masorethas, quicunque velint; eosque etiam invitos in Sanctorum numerum referant, ac ipsorum glossemata, vel repugnantibus ipsis, in Canonem recipiant. Sed & mihi permittant, meo adhærere Salvatori. & ut, Scripturam nec corruptam esse, nec salva Dei justitia ac bonitate, corrumpi posse in æternum, meo (at quam grato!) periculo asseram, quoad vixero. Nullum in divino Codice deprehenditur mendum, libris omnibus commune. Non datur כְּתִיב, sive nihil scri-„ ptum extat in sacris literis quod exercitatis,„ ac omnia accurate perpendentibus, non pari-„ at sensum commodum. Et *hoc tanquam divi-„ nitus inspiratum recipio unice*. Quicquid huic,„ sub nomine קְרִי, quocunque prætextu super-„

ram ab omni corruptione mendaque vindicem,

(α) *Vocales absque literis positæ, otiosæ* 1 *sunt.*

(β)

„additur, *inventum est mere humanum*, & alia „penes me notam non invenit, quam „interpretationis; ut plurimum satis feliciter institutæ, subinde tamen temere, & in ignominiam sacri scriptoris susceptæ. Veritas una est: quæ diversas, nedum, contradictorie oppositas, de eodem sententias non fert. Idem Spiritus sanctus non potuit uno actu eidem inspirasse personæ, *idem ita se habere*, & *non ita sese habere.* (l) Videamus ordine singula sup. ad lit. (g). p. 63. & 64. ex Masoretharum sententia adducta. Certe Jud. 20. 13. per additionem vocis בְּנֵי nil novi accedit sensui. Nam idem prorsus significat בִּנְיָמִן solitarie quidem positum; sed, per metonymiam causæ, pro *Benjaminitis* sed Benjamini posteris sumtum, atque בְּנֵי בִּנְיָמִן i.e. *filii Benjamin.* Res ipsa enim loquitur, quod *filii*, per Synecdochen speciei, ponantur pro *posteris*; & *filii Benjamin*, *posteros Benjamini notent*, seu, (coll. §. 27. Interp.) *Benjaminitas.* Quod ad loca a Talmudistis adducta attinet itidem præter omnem necessitatem aliquid inseritur, ubi scriptum non erat. 2. Sam. 8. v. 3. sufficiebat dixisse בַּנָּהָר *in fluvium istum*; sine *Euphratis* mentione expressa. Quia non modo adjecta mentio Zo-

bæ, ac regis Syrorum Hadareſer, Euphratem ſufficienter determinat: ſed & in quam plurimis aliis Scripturæ locis, idem Euphrates intelligitur Synecdochice per *fluvium*, ſine reſtrictione poſitum. In quam rem conferri merentur Gen. 31. 21. Exod. 23. 31. Joſ. 24. 2. 3. 14. 15. 2. Sam. 10. 16. 1. Chr. 19. 16. 2. Chr. 9. 26. Eſr. 8. 36. Nehem. 2. 7. 9. cap. 3. 7. Mich. 7. 12. Zach. 9. 10. Pſ. 72. 8. Quæ ratio ſubeſt, ut in his atque aliis Scripturæ locis, ubi tot reſtringendi occaſiones non extant, per generalem *fluvii* appellationem intelligas *Euphratem*; eadem quoque 2. Sam. 8. 3. militabit: idque eo magis, quo plura alia inibi occurrunt ſpecialia momenta, quæ rationem univerſalem corroborant. Igitur aut hic, ſalvo ſenſu, vox *Euphratis* omitti poteſt, ut alibi; aut in aliis locis omnibus, inſerenda erit ſimiliter. De ſimilibus enim non poteſt non ſimile ferri judicium. Eodem modo 2. Sam. 16. v. 23. ad verbum finitum יִשְׁאַל ſine nominativo poſitum, præter omnem neceſſitatem, adjiciendum monent איש *quiſpiam* quum id ipſum jam virtualiter in conſtructione comprehendatur, tradita *Interpr.* §. 111. p. 116. Quod ſi enim in plus mille locis Biblicis, ubi eadem obtinet conſtructio, ſine errore aut *quisque* vel *quiſpiam* ſupplemus; aut ſubintelligimus, eodem ſenſu, verbi finiti participium; aut paſſive vertimus, vel imper-

sonaliter, juxta ductum loci citati: quid obstat, quo minus idem fieret 2. Sam. 16. 24? Aut hic ergo, salvo sensu, vox איש omitti potest; aut suppleri debet, in locis aliis ejusdem constructionis omnibus. Præterea non erat necesse, ut Jer. 31. 38. substantivo ימים *dies* diserte adderetur באים *venturi.* Quia id ipsum vi contextus, eorum inprimis quæ sequuntur, tempusque futurum inferunt, poterat concipi. Perinde ut alibi substantivum occurrit, adjectivo non nisi ex circumstantibus subintellecto. Vid. §. 222. *Interpr. Ebr. Ch.* Quod si inibi necessarium non fuit, ut diserte exprimeretur: idem etiam in loco Jeremiæ militet; aut contra. Quemadmodum & in reliquis ll. cc. omnibus. Sensus ubivis clarus est, nec ullibi confusionis aut erroris subest periculum, si quodque in suo loco omittitur. Quod literæ deest, id supplet contextus. In plus mille locis, penes Scriptores quoscunque, sine vitio textus, per ellipsin deficit pronomen: in pluribus particula את. Adeo ut etiam hac utantur regula grammatici Ebræi: *in quacunque oratione manifestum est, quis sit agens, & quis patiens, non est opus, ut vocula* את *adjiciatur diserte.* Quam Vid. *Interpr.* Ebr. Ch. §. 163. I. p. 215. coll. *Nold.* Concord. Part. p. 124. 125. *Kimch.* Michlol. f. 17. col. 4. f. 18. c. 1. sqq. Quod si autem in uno loco, vel ex solo contextu, vel constructione, vocem latentem indubitato elicimus: quid ni iisdem

(β) *Literæ* vero vel *vocalibus destitutæ penitus* m, *vel punctis adfectæ ineptis,*



ſubſidiis, etiam in altero? Nemo Maſoretharum particulam אֵלַי legendam aſſerit Ruth. 3. v. 11. ubi eadem prorſus locutio occurrit cum v. 5. & 17. Et omnes tamen concipimus ejus ſignificationem, ob eandem primam perſonam, in oratione redditiva (*faciam*) expreſſam. Eadem ergo facilitate conciperem itidem in 5. verſu: quamvis omiſſa eſſet Maſoretharum explicatio. (m) Non dubito ergo, quin l. c. ſupra p. 64. 2. Reg. 22. 5. ex intentione Autoris literarum, atque adeo *Dei* ipſius, legendum ſit בַּבַּיִת, ſervata præpoſitione: quæ ipſa quoque extat 2. Chr. 34. 10. ubi recenſetur res eadem. Sane hoc ipſum verbum פָּקַד in *præficiendi* ſignificatione uſurpatum, ordinarie adjicit objecto cui præficitur, aliquam ex præpoſitionibus עַל, לְ, aut בְּ; ut videri poteſt Gen. 39. 4. cap. 41. 34. Num. 4. 27. Jer. 15. 3. cap. 51. 27. Pſ. 109. 6. & paſſim, it. 1. Reg. 11. 28. Et ſemel forte 2. Reg. 22. 9. occurrit ſine præpoſitione, ſed facile ex parallelis ſupplenda. Tutius autem imitamur id, quod ſæpius imo ordinarie dicitur; quam quod ſemel ſaltem, aut certe rarius. Ad 2. Reg. 12. 12. impertinenter provocarent: cum ſecundum literas, diverſa hic detur conjugatio, & ſignificatio. Nam הַפְּקֻדִים בֵּית יְהוָה, *qui luſtrabant*, ſeu *vi-*

*stabant* domum Domini, sunt, quos *Visitatores* dixeris, seu *Revisores templi Domini*. In יששכר forte ante usum Dagesch fortis, actu geminabatur litera dageschanda: ut notionem passivam, ex Niphal desendentem, indicaret evidenter. Et nil obstat, quo minus Gen. 27,4. צירה legeris: quod significatione cum ציר coincidit. Proprie utrumque *venationem* denotat: mox *rem inde captam*, quæ olim sæpius iter, per loca inprimis inculta & saltuosa, facientibus, *commeatus* præstabat vicem. Vt exempla passim obvia id comprobant. Vid. *Xenoph.* de exped. Cyr. lib. 1. 2. Sam. 13. 33. אם optime retinetur: sive cum כי conjunctum, כי אם adversative reddideris, contextui apprime conveniens (*ne ad animum rem revoces, ut dicas, omnes filios Regis mortuos esse*, כי אם SED *Amnon solus mortuus est*); sive אם seorsim usurpatum dixeris in significatione *asseverandi*, Interpr. §. 181. IV. 1. indicata. Siquidem textui huic non minus apte redditur: *nam* PROFECTO *Amnon solus mortuus est*. Vid. p. 75.

Quæ amplius Talmudistarum calculo approbata, subjiciuntur superius, tantum abest, Scripta non legi; ut omissa, sensum non sinant esse integrum. Ea propter dubio procul nostri Codices, ex confessione *R. Nissim*, hujusmodi ואת quod vocali destitutum omitti possit, non agnoscunt. Et si נא 2. *Reg.* 5. 18. omitteretur, verba forent

con-

conceſſionem certo ſibi promittentis, non impetraturi demum precibus. Sed tota argumenti iſtius natura, factaque verſu ſequenti 19. de petitione demum impetranda ſpes, poſtulat, ut *humiliter deprecantis* verba concipias. At enim talibus particula נא apprime convenit: in hac ipſa deprecatione, jam ſupra v. 17. adhibita. Hiulca quoque foret oratio, & ſcopo dicentis, ac conſtructioni mox ſubjunctæ non ſatis conveniens, ſi *Jer.* 51. 3. alterutrum ידרך expungeres. Qui tale quid, a Maſorethis faſcinati, ſuſcipiunt, Judæi ſint ſive Chriſtiani, duram ſtatuant neceſſe eſt, trajectionem ſenſus pariter atque vocum. Neque tamen, niſi coacte admodum, elicient, quod ſatis cohæreat cum præcedentibus. Quod ſi vero retineas quicquid ſcriptum extat, omnia ſponte fluunt, in hunc ſenſum: *Contra* eum qui *arcum intendere auſit* (vel poteſt, coll. §. 96 Interpr.) *tendet ſagittarius* (Perſa) *arcum ſuum, & contra* eum, *qui ſe extollit lorica ſua.* i. e. contra eos inprimis hoſtis impetum faciet, qui vel auſi fuerint reſiſtere, vel ad reſiſtendum apti: ſive levis armaturæ milites ſint; ſive loricati, ſeu armaturæ gravioris. Nulli parcet juveni: confoſſi corruent omnes, verſ. eod. & ſeq. coll. Jeſ. 13. Ob. inſertum אשר nemo mihi movebit dubium. Quia in hujuſmodi conſtructione, qua præpoſitio tempori finito jungitur, id ordinarium

eſt: & ultro conceditur in ejusdem hemiſtichii parte poſteriori. Vid. etiam 1. Chr. 15. 12. ac. Conf. *Interpr.* §. 165. II. 2. p. 235. §. 166. II. 2. p. 240. fin. §. 169. I. 2. p. 245. §. 179. II. §. 220.

De altero חמש *Ex.* 40. 16. conſervando, plus erit deſudandum. Neque enim diſtributiva ſignificatio, ex *Interpr.* §. 7. II. hic locum invenit. Quia aliquid ſaltem de numero cardinali, non totus repetitur: & præterea quoque partes ipſæ, in quas diſtributio fieri debebat, ſigillatim exprimuntur: quo caſu ultro ceſſat iſta notatio. Neque vero prius חמש, ſi utrumque retinueris, formam regiminis admittit: deficit enim rectum. Si quid igitur conjicio, prius in ſtatu abſoluto, & alterum ſaltem in conſtructo efferas חמש חמש מאות. Quaſi numero quinario expreſſo, reticere voluerit reliqua, ad exemplum præcedentis anguli, ceu nota præſupponens: ſed in ipſo orationis curſu ſe corrigat, ac, ne errandi præbeatur occaſio, de integro rem plene enumeret, omnibus ſufficienter ac ordine repetitis. Cujusmodi quaſi correctio ex tali elucet conſtructione, qua pronomini ſuum ſubjungitur objectum, tradita *Interpr.* §. 39. I. & III. p. 50. ſqq. Conf. § 216. Sed hæc bono, non ſtatuo. Plenius, quia meretur, examinabo hunc locum Tractatu ſupra indicato, *Maſora throno mota.* Vltimus e cap. 3. 12, libri Ruth deſumtus, minori vindicatur moleſtia.

*ptis* [n], *exornentur sibi competentibus*; adscriptis, si quæ sunt, ad literas marginales rejectis.

§. 7. Vo-

lestia. Præterquam enim quod כי אם conjunctim sumtum, sæpius idem videatur exprimere ac כי solitarium, tam pro adverbio asseverandi *profecto* acceptum, ut 1. Sam. 21. 5. Jud. 15. 7. quam pro conjunctione causali *quod*, v. g. Gen. 47. 18. Haud raro אם seorsim consideratum, asseverandi significationem occupat, juxta superius dicta ad 2. Sam. 13. 33. p. 72. Quo observato, omnia cohærent optime: ועתה כי אמנם כי אם גאל אנכי *nunc inquam, quamvis verum sit* (quod dixisti vers. 9.), *nam* OMNINO *vindex ego sum*; *est tamen præterea alius me vicinior*. (n) Inepta voco illis præcise literis, quibus adjecta sunt. Suis enim, quibus ex intentione autorum competunt, adscripta, nil prodigiosi inferunt. V. g. 2. Reg. 18. v. 27. Jes. 36. v. 12. חראיהם & שיניהם Si quis punctationem hanc literis, quibus subscripta est, attribuerit, monstrosi quid nobis obtruderet, & primis linguæ fundamentis contrarium. Omnis quippe litera apud Ebræos aut Mobilis est, aut Quiescens, supra §. 3. Mobilis autem, quæ ope vocalis sonum sibi competentem semper perficit, aut propria animatur vocali, aut literæ alterius. Quæ

propria gaudet, non tamen niſi unicam admittit vocalem, §. 9. Quæ vero vocali alterius literæ movetur, id indicat per (:) in medio ſemper exprimendum, §. 3. Obſ. 1. Quieſcens vero tum demum actu ſilet, quum ipſa vocali deſtituta, cognatam ſibi præmittit; cujusmodi habet litera י *i* & *e*. §. 3. ll. 4. Contra hæc omnia peccaretur multoties. ר enim & י nec propriam vocalem habent, nec notam vocalis abſentis: & hæc inſuper deſtituitur vocali cognata, literæ præcedenti ſubſcribenda. In altera vero voce tota vocalium congeries unam obrueret literam. Quapropter in hoc conjugio nec formas conſtituunt dabiles, nec voces ullibi gentium uſitatas. Quod ſi vero puncta ad literas marginales rejeceris, aliis in iſtorum locum, quæ literis textus apta ſunt, ſubſtitutis: prodibunt & formæ & voces penes Ebræos uſitatiſſimæ, חראיהם coll. §. 45. II. Not. 2. vel חריהם, & שניהם vel שיניהם coll. §. 20. Obſ. 2. Quarum illa proprie *foramina* notat; hæc *dentes*, i. e. *ramos* ſeu *muſculos*, Avicennæ lib. 3. fen. 16. & 17. fol. 490. l. 39. f. 526. l. 7. 24. 27. &c. عضلة dictos, ſeu *lacertos*, *anum vel conſtringentes*, *vel* poſt excretionem ſurſum *retrahentes*. Vid. Cod. *Schabb.* f. 81. b. ad lin. 23. Gloſſ. it. fol. 82. a. l. 6. ſqq. l. 14. 15. coll. *Raſchio* ad 2. Reg. 18. 27. Jeſ. 36. 12. *Bartol. Anatomiæ* p. 70. ſqq. Vtraque autem tropice in modo me-

memoratis Scripturæ locis, per eandem Metonymiam ſubjecti ſumitur: illa quidem pro *fœcibus ſolidioribus*, pleno meatu, per anum toto foramine diſtentum, erumpentibus; hæc vero pro *liquidiori excremento*, quod muſculos anum conſtringentes, ſæpius, invito domino, fallit. Quapropter hoc potui determinat obſcænus nuncius, illas eſui.

Cum hæc hæſitabundus ſcriberem, commode animum ſubit Arabum مَثَانَةٌ, pro *veſica urinaria*, in Medicorum libris paſſim obvium. *Avicenna* lib. 3. tr. 1. fen. 19. a p. 538 ſqq. in ea deſcribenda aliquod implet capita: in quorum quolibet hujus vocis meminit aliquoties. Si *mim* initiale ſerviret, ut in infinitis quieſcentium media hujus formæ aliis, v. g. مَقَالَةٌ *tractatus* ex קוּל; مَقَامَةٌ *conſeſſus*, ex קוּם; مَثَابَةٌ *hoſpitium*, ex שׁוּב; مَتْيَنَةٌ *ficetum*, ex تِيْنٌ תְּאֵנָה *ficus*; مَجَاعَةٌ *inedia*, ex جَاعَ *eſurivit* &c. themate ثَانَ conſtituto: nil textui noſtro convenientius excogitari poſſet unquam. *Ano* contra diſtingueretur *veſica*; & utrique metonymice ſumto, juxta explicationem ad marginem rejectam, apta re-

refponderent verba, illi *edere*, & huic *bibere*. Quo admiffo שֵׁינֵיהֶם legeres, ex abfoluto שֵׁין. Talmudiftæ Cod. *Berach.* f. 62. b. l. 3. שֵׁינְת dicunt, tali contextu, ubi *veficæ exonerationem*, ob fubftratam materiam, denotat evidentiffime.

Quod fi extranea videantur fubfidia hactenus adducta omnia, partim etiam dubia; non aberrabis a vero, fi ex מַשְׁתִּין *mingens*, (cujus fervilis מ videri poterat Arabibus, more Rabbinorum, Chaldæorum, Syrorumque primam radicalem fuppeditaffe in voce modo citata, ut in מסכן, משכן &c.), שיניהם textus derivaveris; ת ob difficultatem pronunciandi, e fibilante vicino natam, per Syncopen elifo. Ita nec Parallelifmus fignificationi eruendæ neceffarius deerit, ex eadem petitus lingua: Vid 1. Sam. 25. 22. 34. 1. Reg. 14. 10. cap. 16. 11. cap. 21. 21. 2. Reg. 9. 8. Nec ab analogia recedet formatio. Vid. §. 41. III. 4. (β). & not. (γ). §. 56. I. 4. & 7. ac conf. שֵׁשׁ *fex*, pro שרש, quomodo Arabibus fcribitur; קַמָּא pro קדמא *primus*, הַשְׁתָּא ex שעתא *nunc*, סָלְקִין מִסַּק *afcendunt afcendendo*: אי pro אוי *væ* &c. ne in fimilibus tantum obtinere exiftimes.

Similiter ineptum foret, fi quis 2. Sam. 3. 2. וַיִּלָּדוּ vocales literis his junctas legeret, *Vai jialedu*; aut cap. 21. 12.

§. 7. Vocalium Tres, *hhirek*, *hholem*, & *Schurek*

I. *Aſſumſerunt* a *Conſonis*, pro geminanda mora, adjumentum *aliquod*, o uſitate *fulcrum* dictum,

1. *Chirek* quidem litteram י p,

2. *Duæ*

תְּלוּם *telaum*. Duæ enim vocales concurrerent ad eandem literam, contra *§*. 9. Sed ſi illud legeris וַיִּלְדוּ *& nati ſunt*, ob verſ. 5. coll. *Interp*. §. 85. 2. aut וַיְּלֵדוּ *& pepererunt*, coll. §. 111. 1. vel 3. Hoc vero תְּלוּם *ſuſpenderunt eos*, ad formam וְרָעוּם *& paſcent eos* Jer. 23. 4. Ac viciſſim puncta textus literis ad marginem, elucitationis ergo rejectis, ſubſcripſeris; conſtituturus ibi צוֹאָתָם *excrementum ſuum*, & מֵימֵי רַגְלֵיהֶם *aquas pedum ſuorum*; hic וַיִּוָּלְדוּ *& nati ſunt*, atque תְּלָאוּם *ſuſpenderunt eos*, coll. § 49. Obſ. 2. Tunc puncta utrinque apta ſunt literis, & cum analogia cuncta conveniunt optime.

(o) Vid. ſupra p. 40. fin. p. 43. med. p. 60. (2).

(p) Gen. 1. 1. אֱלֹהִים *Elo-him*, Deus ſupremus, coll. *Interpr*. *§*. 10. & 37. prior ſyllaba tria temporis ſpatia habet; poſterior, quum tono gaudeat, quatuor Vid. §. 6. Obſ 1. p. 59. ſqq. Hen. 2. 13. גִּיחוֹן *Gi-hhon*, prior ſyllaba perfecta non foret, niſi litera jod geminaret

2. *Duæ reliquæ* vero literam ו 9, Quorum tamen

3. *Chirek* fulcrum iſtud rarius «, *hbolem* frequenter •, *ſchurek* nunquam

---

moram vocalis chirec. (q) Gen. 1. 4. טוֹב *tobh* (bonum), quatuor temporis ſpatia ſunt in eadem ſyllaba, quia tonum habet. Vid. §. 6. Obſ. 2. p. 61. & ob eandem rationem in ultima רוֹמֵשׂ Gen. 1. 20. *ro-meſ*; cujus penultima, fulcro vocalis moram producente, tria temporis ſpatia habet, cuicunque ſyllabæ neceſſaria. Similiter Gen. 1. v. 2. תֹּהוּ *to-bu*, quælibet ſyllaba, quia fulcro producta aut producenda fuit, agnoſcit tria temporis ſpatio. (r) Gen. 2. 19. וַיִּצֶר pro וַיִּיצֶר (quod eod. capite verſ. 7. occurrit) & *formavit*, rad. יָצַר coll. §. 46. 1. §. 50. III. 2. (6). Rarius vero hoc fulcrum perit, quia pereunte eo, *nulla in ſitu differentia* foret, vocalem longam inter & brevem; atque adeo, cum metegh non ſemper actu expreſſum ſit, ſpeciem præbere poterat defectus rei ad ſyllabam neceſſariæ. (s) Cum enim ſitu ſuo contradiſtinguatur vocali brevi; non opus eſt, productionis ſignum adjectum ſemper habeat. Quod figuræ decedit, compenſat ſitus: v. gr. Gen. 1. v. 14. מְאֹרֹת *Meo-roth*, prior ſyllaba nihilominus tria temporis ſpatia habet, quamvis fulcrum pro-

quam amittit [t]. Et

II. Idem *hholem* præterea *cum puncto diacritico literæ* ש in vicinia, quoad formam, *ordinarie coalescit.*

1. Cum dextero quidem, quando præcedens litera mobilis [u] puncto vocali destituitur [x].

F 2. Cum

ductionis signum sit omissum. Quia hic situs non nisi geminatæ aut geminandæ vocali competit. (t) Quia, fulcro pereunte, punctum vocalis ad ventrem rejiceretur literæ præcedentis; in qua confunderetur cum Dagesch. (u) Omnis enim mobilis, si veram vocalem non haberet, notaretur minimum schvate §. 3. Obs. 1. Quoties ergo (:) deest, toties necesse est, adjecta sit vera vocalis: quæ alia esse non potest, quam punctum illud literæ ש additum. v. g. Gen. 1. 2. וְחֹשֶׁךְ *Vecho-schech*, &caligo. Vnicum punctum gemino gaudet officio; quia ש non minus diacrisi destitui potest, quam ה vocali. (x) Dispar est ratio, cum litera præcedens silere potest, v. g. Exod. 12. 2. רֹאשׁ *rosch*, non *ro-osch*, caput: ibid. רִאשׁוֹן *rischon*, non *rioschon*, primus. Exod. 6. 11. וִישַׁלַּח *Vi-schal-lach*, non *vi-jo-schal-lach*, ut dimittat. Nam א & י, quia

2. Cum ſiniſtro vero, quando ipſummet שׁ vocalem non habet aliam [y]. At

III. *Puncto in utroque cornu* literæ שׁ *collocato*,

1. Si præcedens litera vocali careat, punctum cornu dexteri hholem indicat, שׁ lenius pronunciato [z].

2. Sin litera שׁ vocali careat, eam exhibet punctum cornu ſiniſtri, litera craſſius pronunciata [a].

§. 8.

latitare poſſunt, non requirunt vocalem adjectam. (y) Quia & ipſum ad literas mobiles refertur, quæ, extra finem vocis, nunquam ſine puncto vocali occurrunt. E. gr. Deut. 15. 4. שֹׂנֵא *Sone*, pro שׂוֹנֵא quod occurrit Pro. 13 24. i. e. oſor. Sed Jeſ. 1. 14. ſcribitur נשֹׂא quod Gen. 4. 13. eſt נְשׂוֹא *neſo*, ferre.

(z) Gen. 37. 25. נֹשְׂאִים *no-ſeim*, portantes. Si enim vera vocalis non fuiſſet expreſſa, minimum apparuiſſet (:), §. 3. Obſ. 1.

(a) Gen. 4. 9. הֲשֹׁמֵר *haſcho-mer*, numquid cuſtos. Si enim punctum dexterum notaret vocalem, duo puncta vocalia ad unam literam ה concurrerent, & ipſum שׁ careret omni. Quorum illud contra §. 9. hoc contra §. 3. Obſ. 1.

§. 8. Figura ( ָ ) *valet* o, & *Kamets bhatuph vocatur*

I. *In syllaba composita,*

I *Quæ*, in Schva subintellectum terminata, *tono & Metegh destituitur* [b],



(b) Quia vi §. 6. Obs. 2. ad vocalem brevem necessario referri debet: quæ sub hac figura non nisi O denotat. e. g. Gen. I. 21. & *Chald.* Dan. 2. 10. —כָּל *col*, complexus. Vid. §. 14. Gen. 4. 8. וַיָּקָם *Vai-ja-kom*, & surrexit, 3. fut. Kal. rad. קוּם coll. §. 50. III. Obs. 2. β. Vnde primum constat, tonum vocis esse in penultima. *Secus* fit, si eædem quidem quoad figuram vocales compareant; nec tamen tonum retrahant, v. g. Gen. 20. 10. הַדָּבָר. Quia tonus est in ultima, quamvis composita ea sit, non respuit vocalem longam, nec spatia temporis tribus plura: pronunciatur enim *had-da-bar*, i. e. hæc res. Et ita Gen. 1. 27. זָכָר *sa-char*, masculus. Penultima utrinque simplex, vocalem longam requirit §. 6. Obs. 2. quæ sub hac figura vi schematis §. 6. p. 44. aliter enunciari non potest, quam per A. Similiter Esth. 4. 8. כְּתָב־הַדָּת quamvis utraque syllaba, hac vocali gaudens, composita sit: quia vero posterior tonum habet, & primæ (tono destitutæ ob §. 14.) metegh additum est, legimus *Chetabh-haddath*, i. e. scriptum legis, vel coll. §. 26. *Intr.* scri-

Obs. * *Chaldaice* ex syllaba composita tono destituta, non satis tuto sonus *O* elicitur, nisi a formatione fuerit approbatus [c].

2. *Quum ante* expressum ( ְ ) *simplex posita*, Metegh *non habet* sibi *adjectum*, aut *accentum alium* [d].

Obs.

---

pta lex. (c) * Dan. 2. 10. 36. קדם־מלכא *coram Rege*: Dan. 6. 9. 13. כדת־מדי *secundum legem Medorum*. Pronunciemus ibi *Kodam*, & hic *Kedath*, quamvis tono per Makkeph ablato, nec hic nec ibi Metgh habeatur. Vtriusque origo Kamez chatuph respuit. Dan. 4. 3. dicitur קדמי *coram me*, v. 5. קדמוהי v. 4. קדמיהון in syllabis simplicibus. Et ita Dan. 2. 15. &c. דתא *lex illa*. Similiter ad num. seq. 2. Dan. 2. 39. בתרך *bathrach* legimus, i. e. *post te*; quia est ex באתר Dan. 7. 6. 7. quamvis metegh adjectum non sit: & contra Dan. 3. 3. לקבל *lokbbel*, i. e. *ex opposito*, utut metegh habeat. Est enim pro לקבל Dan. 5. v. 1. 5. 10. (d) Ex. 31. 6. חכמה *choch-ma*, sapientia. * *Chald.* Esr. 5. 8. אספרנא *os-par-na* dicto celerius. Contra Zach. 9. 2. חכמה *bba-chema*, sapiens fuit: Gen. 1. 5. לילה *lai-la*, nox: Psal. 116. vers. 15. המותה *bam-mav-tha* mors. In quorum illo accentus euphonicus, in isto ordinativus, in hoc vero tonicus ob §. 16, I, Obs. 1.

Obſ. In שָׁמְרֵנִי [e], עָמְדְךָ [f], מִיּוֹרְדִי [g],



(perperam nonnulli codices metegh habent, quod cum tono nunquam combinatur § 13.) vocalem longam indicat, pronunciandam per A. (e) *Cuſtodi me*, Pſ. 16. 1. ita *Kimchi* allegat Michlol. f. 11. col. 4. l. 37. conſentientibus editionibus plerisque, q. d. *ſcho-mere-ni*. R. Sal. Melech Comment. loc. cit. צווי והשין מועמדת בגעיא והיה ראוי בקמץ חטף *ad imperativum*, inquit, *referri debet: & litera* ש *ſufflaminatur per metegh, quæ efferri debebat per Kamez hhatuph.* Plantiniana omiſit metegh. (f) *Stare te*, Obad. verſ. 11. ubi itidem *b. Melech* in Michl. Jophi aſſerit: במכלל בקמץ חטף ויש ספרים מדויקים המם מועמדת בגעיא *in Michlol* (de hac voce *Kimchi* fol. 11. col. 2. circa fin. ait), *quod cum Kametz hhatuph legatur: Sunt tamen codices accurate ſcripti, in quibus* מ *ſufflaminetur per metegh.* Denuo id omiſerunt *Plantiniana*. Eſt enim ad formam אָכְלְךָ *comedere te*, Gen. 2. 17. vel לְשָׁמְרְךָ Exod. 2. 3. 20. *ut cuſtodiat te*, &c. (g) Pſ. 30. 4. Ita legi vult *Kimchi* l. c. f. 11. col. 4. l. 39. conſentientibus ad mentem Maſoretharum, plerisque: quaſi ſit Infinit. *Kal*. rad. ירד *a deſcendere me*, h. e. coll. *Interp*. §. 127 *ſ*. 128. *ſ*. 174. II. 1. *ne deſcendam ego* in foveam Sed Infinitivus hujus thematis a præpoſitione recti, eſt רֶדֶת v. g. Job. 33. 24. Ex. 34. 29. Gen. 44.

רְדוּפִי [h], & juxta Kimchium לְהַרְגֵךְ

---

26. Nec repugnat contextui, quo minus, ſervatis literis, legas מִיּוֹרְדִי conſervaſti me *a deſcendentibus* in foveam. Extra quem caſum, ſervato Infinitivo, dici quoque poterat, literam ו matrem lectionis fore vocalis brevis O. (h) Pſ. 38. 21. ex ſententia Maſoretharum, quam *Kimchi* l. c. cum plerisque approbat. Vt ſit infinit. Kal, *perſequi me*, literis transpoſitis, juxta §. 3. Obſ. 2. β. ſupra p. 19. ſqq. Aſt retineri poteſt Infinitivus Kal רְדוּפִי טוֹב durante omnium literarum ſitu. Cum enim vox ſubſequens monoſyllabica ſit, ad vitandam colliſionem tonorum § 16. III. 1. (δ), tonus ad ſuffixum non dimittitur, aut dimiſſus retrahitur. Quo poſito, hholem manet: aut correptum jam, rediret. Quod ſi hoc minus placeat, licebit vocem nominaliter conſiderare, coll. *Interpr.* §. 38. תַּחַת רְדוּפִי loco *perſecutionis meæ fervidæ*, i. e. coll §. 127. 128. loco quod *fervide perſequor* bonum. In quem ſenſum *Targum* reddidit חֲלוּפִי דִּרְדֵפִית טַב. Vtraque lectio eodem recidit. *R. Sal. b. Melech.* literas ſervatas effert ex Paul, verbis: רדופו כתיב רוצה לומר שהטוב רדופי שאני רודף אחריו i. e. *quod ſcriptum extat* רדופי, *vult innuere, quod bonum* PERQVIRITVR A ME (coll. *Interpr.* §. 67.), *ipſe enim perquiro illud.* Quic-

לְהָרְגֶךָ [i] multa exemplaria extraordinarie Metegh habent: quod non obſtat,



quid horum elegeris, literas ſervat incolumes, ſalvis conſtructionum legibus. (i) *Occidere te*, vel *ut occiderem te*, 1. Sam. 24. 11. *Kimchi* Michl. f. 11. col. 2. lin. ult. lectionem hanc Kamez longi *ben Aſcher* attribuit, qui inſuper ſub ג ( ) ponat, לְהָרְגֶךָ. Quæ ſi genuina foret, formaretur ex inaudito abſoluto הֲרֹג, ad analogiam מָשְׁחֲךָ *ad ungendum te*, 1. Sam. 15. 1. De quo ſimiliter *ben Melech* השין בקמץ רחב והחית בקמץ חטף *litera* ש inquit, *habet Kamez longum*, & ח *bhateph Kamez*. Sed hæc ſunt incompatibilia. Poſito ( ) ſub ח, ponitur neceſſario etiam *kamez bhatuph* ſub ש; quia illud ab hoc eſſe ſuum mutuatur, vi §. 25. II. 1. Si enim ſchva literæ ח ſubſcribendum, mobile foret; potius tranſiret in ( ), quam in ( ), vi §. 25. I. 1. Præterea Infinitivus memoratorum thematum non eſt מָשֹׁחַ aut הֲרֹג; ſed מְשֹׁחַ. Vid. Jud. 9. 8. Dan. 9. 24. Exod. 29. 29. Lev. 6. 36. Num. 18. 8. atque הֲרוֹג vid. 1. Reg. 11. 24. Num. 11. 15. Exod. 2. 14. 15. cap. 5. 21. cap. 32. 12. Quin & ſi maxime foret מָשֹׁחַ & הֲרֹג, non tamen produceretur ( ) in ( ) ſuffixo superveniente: ſed in ( ), prout videre eſt §. 22. IV. Obſ. 1. (γ). §. 41. III. 3.

quo minus ( ָ ) pronuncietur, ut *o* k.

II. *In syllaba simplici* per Metegh suffulta l, *ante* ( ֳ ) m, *vel*

---

(k) Invitis quidem Ebræorum multis. Formatio tamen vocum non admittit vocalem aliam. Nec ( ָ ) hhatuph in syllaba simplici inusitatum est: quoties sc. ea, novo emergente superveniente, talis effecta est e composita. Vid. membr. II. Legamus ergo *scho-mere-ni, Amo-decha, mi-jo-redbi, ro-dephi, la-baro-ghecha, &lim-scho-bhocha.* Quin si metegh laxum dixeris, (:) maneret quiescens, juxta §. 13. II.

(l) Absque metegh subsistere non posset, vi §. 6. Obs. 2. Hoc vero ad tertium temporis spatium supplendum, aliis quoque brevibus vocalibus adjici solet: quoties nim. mora literæ vocali brevi subjiciendæ, ob schva compositum, aut vocalem ex hoc concisam, sequenti annumeratur syllabæ. V. g. ad formam אֶמְשׁוֹל *em-schol*, dicerem priori syllaba composita אֶעֱזוֹב: sed ob §. 25. II. 1. fit 1 Reg. 6, 18. אֶעֱזֹב, & cum ה parag. Job. 9, 27. אֶעֶזְבָה *derelinquam.* Ita Lev. 19, v. 10. תַּעֲזוֹב *relinques*; Ps. 27, 9. תַּעַזְבֵנִי *derelinques me.* (m) Deut. 32, 4. פָּעֳלוֹ *po - olo.* opus ejus, ex פּוֹעַל coll. §. 21. §. 22. IV. §. 24. I. 4. §. 25. II. 1. Huc quoque referri volunt Ez. 20. 5. בָּחֳרִי *bo-bhori*, eligere me, ex בָּחַר. Amos 2, 4. מָאֳסָם *mo-osam*, spernere eos,

*vel* ( ֲ ) *hhatuph* [n] *Gutturalium*, non dageschandarum [o].

Obs. 1. Sicut in כְּקָרְבְכֶם [p], ac * *Chald.*

 לְקַבֵּל

ex מָאַס. Hos. 9. 10. כְּאָהֳבָם *keo-hobbam* circa amare ipsos, vel coll. *Interpr.* §. 127. §. 197. 3. §. 128. quum amarent ipsi. Ruth. 3. v. 13. לְגָאֳלֵךְ *legho-olech*, vindicare te. Quæ ipsis perperam *Kimchi* Michlol f. 11. col. 3. l. 12. sqq. pronuncianda putat וּפַעַל הַפּוֹעֵל רחב בקמץ *per Kamez longum primæ radicali attribuendum*; sed bene, si ( ֲ ) primæ retineri dixeris, ad imitationem §. 21. Obs. I. 5. (n) Hab. 3. v. 2. פָּעָלְךָ *po-ol-cha*, coll. membr. l. 2. *opus tuum.* & vid. insuper §. 24. II. Jes. 30. 12. מָאָסְכֶם *mo-os-chem*, spernere vos, ex מָאַס. Vid. tamen proxime ad lit. (m) in fine.

(o) Ex qua enim Gutturali Dagesch extruditur, compensatum in vocali præcedente; ante talem, ( ָ ) constituit A longum ex (·) productum, vi §. 20. I. v. g. Jon. 1. 4. וְהָאֳנִיָּה *veha-oni-ja*, & navis ista. Vid. §. 38. 1. coll. §. 20. Ezech. 13. 4. בֶּחֳרָבוֹת *ba-hhora-bhoth*, in certis desolationibus: 2. Chr. 21. 15. בָּחֳלָיִים *ba-hhola-jim*, in morbis, coll. insuper §. 56. I. 1. Jes. 44. 13. יְתָאֳרֵהוּ *delineabit illud*: pro quo ibid. dictum fuerat יְתָאֲרֵהוּ ex Piel. (p) Legunt *Cekorobb-chem*, Deut. 20. 2. secundum appropinquare vos. Vid. vero §. 21. Obs. I. 5.

לְקָבֵל q analogia urget r, ut O legas ante ( ָ ) ac ( ֳ ) hhatuph non - Gutturalium; nec non in קָדָשִׁים s, atque שרשים

(q) * *lo-kobel*, Dan. 3. 3. &c. ex oppofito. (r) Si illud q. eft ex קְרוֹב Infinitivo: in quo, accedente fuffixo gravi, vel ו in ( ) correptum, vi §. 22. III. rediret in ( ָ ) hhatuph, §. 24. I. 4. ut בֶּאֱמָרְכֶם Mal. 1. 7. *in dicere vos*: vel ex tribus (:) concurrentibus, mutaretur prius, juxta §. 24. I. 4. coll. membr. III. not. ad formam בעברכם *in tranfire vos*, Deut. 27. 4. 12. Vterque mutandi modus coaluiffet in voce una. Nifi ex קְרֹב formaris, ad imitationem §. 21. Obf. I. 5. quod ferme mallem. Vid. fupr. p. 89. ad (m) & (n). In לְקָבֵל, pro quo in nonnullis codicibus לְקֳבֵל fchva compofitum euphonicum faltem, juxta § 9. III. 2. §. 26. 15. cum neceffario gutturalium permutatum fuit, in §. 24. III. Kamez longi enim hic nulla datur fedes. Quia nec articulus extrufus dici poteft, cum talem præmittendum Chaldæi non habeant: nec, fi haberent, ante non gutturalem notandus effet vocali longa. (s) *Kimchi* Michlol. f. 53. col. 2. l. 15. exempli loco adducit Ezech. 36. v. 28. כצאן קָדָשִׁים *inftar gregis facrificiorum*; quod ipfe pronunciandum putat בקמץ רחב *per kamez longum*, kadafchim. Inepte, &

שרשים [t], ſub prima, ante ( ) longum.

2. Ita eadem analogia viciſſim vix admittit euphoniam illam, qua ( ) literæ ו [u], aliorumque Præfixorum, prius cum ( : ) notatorum [x], quidam efferunt per

---

contra omnem analogiam. Primum enim kamez antepenultimum in (:) corriperetur, §. 21. Quo minus autem impurum ſtatuas, efficit litera dageſchabilis, & ſignificatio nominum ex Piel, ad formam גנב *fur*, derivatorum: quæ concretorum eſt, non rerum. Cum in pleriſque locis legatur קדשים ad formam חרשים coll. §. 26. 15. ex ſing. קדש חרש; prima origo ſuadet, ut etiam, *excidente hhateph* (ut *Kimch.* loquitur Rad. col. 449. l. 7. fin.), per O pronuncies, *ko-da-ſchim.* Non obſtante metegh: hoc enim ad ſupplendam ſyllabam neceſſario adjici debuit, *§.* 6. Obſ. 2. §. 13. I. Obſ. *§.* 26. 11. (t) *Scho-ra-ſchim*, v. gr. Jeſ. 11, 1. משרשיו *e radicibus ejus.* Kamez hhatuph eſt ſub priori ש, non ( ) longum, quaſi foret formæ פרשיו *equites ejus*, Exod. 14, 26. Illud enim *rem* denotat, hæc vero forma oonvenit *concretis.* (u) 1 Reg. 9, 26. ואני *Va-oni* & claſſis, Eccl. 6. v. 2. וחלי *Va-hholi*, & morbus. (x) Exod. 11. v. 8. בחרי אף *ba-chori aph*, excandeſcentia iræ. 1. Sam. 1. 11. בעני אמתך *ba-oni* in miſeriam ancillæ tuæ. Quo referunt,

per A y.

§. 9. *Diphthongos* proprie dictas *non habent* z. *Habent* vero *notam*, *vo-*

---

Jes. 1. 5. לחלי, *ad morbum*: ubi tamen nil obstat, quo minus sit, ( ָ ) Articuli, coll. §. 56. I.

(y) *Buxt.* Thes. lib. 2. c. 21. p. 565. Sed *R. Davidis Kimchi* Michlol f. 13. col. 4. l. 19. 20. verba ambigua sunt, quæ non minus ad ( ֳ ) hhatuph trahi possunt, quam kamez longum, dum inquit: תהיה הוו קמוצה, i. e. *Vau sit Kamezatum.* Enim vero ו per ( ָ ) non præfigitur, nisi ante tonum immediate sequentem, vocis penacutæ aut monosyllabicæ. Et, si ante, ( ֱ ) atque ( ֲ ) ו schvando vocalis adjicitur illis cognata; ex paritate rei idem inferre liceat de ( ֳ ): Vid. §. 24. III. Neque est, ut in בחרי atque בעני Gutturalem dageschandam dicas, præposito articulo. Quia hic nominibus constructis non adjicitur, *Intr.* §. 57. 2.

(z) Quia nunquam duæ vocales, eandem animantes literam, conveniunt in eadem syllaba. Patach furtivum, de quo membr. II. Obs. non est vocalis, sed signum vocalis absentis. Vox ירושלם defective scribitur. pro ירושלים expresso י Vid. §. 56. l. 6. Aut secundum literas effertur ירושלם, ad analogiam pristini nominis שלם Gen. 14. v. 18. Ps. 86. 3. &c. Vid. *Onkelos* ad

*vocalis absentis* sub litera mobili indicem [a], *chateph* dictam seu *schva* [b] Quod

locum priorem, coll. *Josepho* Ant. lib. 1. c. 10 In אוֹי, פָּנַי &c. non duæ vocales coalescunt in syllaba una; sed vocalis & litera. Quin ne nomen quidem Diphthongorum, unquam innotuit Orientalibus: evidentissimo signo, quod etiam rem nominandam nunquam habuerint. (a) Quoties plures literæ ad„ eandem coalescunt syllabam, eas inter se qua-„ si copulat schva, vel copulatas indicat. Est„ enim a parte rei *Schva* nihil aliud, quam *ne*-„ *xus diversarum literarum, per vocalem unam*„ omnibus communem *pronunciandarum*. Vel„ quod eodem recidit: *Schva est signum, indi*-„ *cans literam* quam afficit, *actu* quidem *moveri*;„ at non *per* propriam, sed *alterius literæ* (qua„ cum in unam coalescit syllabam) *vocalem*.„ Nam *tot* saltem *syllabæ in quacunque voce numerentur, quot dantur in illa veræ vocales*. In quarum classem neutiquam referri potest schva: quippe in quo omnia veræ vocalis requisita, supra p. 39. enumerata, deficiunt.

(b) Synonymice usurpatur hoc nomen cum præcedente, & cum eodem æque late patet in Masoretharum reliquorumque Rabbinorum scriptis: *nec illud minus de simplici adhibetur, quam hoc de composito*. חָטֵף autem vocatur, i. e. *corripiens* vel *abripiens*, literam nim. cui subscribitur, ad vocalem literæ alterius. שְׁוָא *va*-

Quod *vel ſimplex* eſt, *vel Compoſitum.* Compoſitum ſemper movetur. *Simplex* autem ( : ) vel *Mobile* [b] *eſt,* vel

---

*nitas* vel *nihilum* : quoad ſonum ſcil. ac tempus.

(c) Propter adhærentem veram vocalem: quæ quamvis per chateph adjectum tempore corripiatur, non tamen ſono. (d) Quod *abripit literam ſuam ad vocalem ejusdem vocis immediate ſequentem.* Vel *quod deſignat, literam ſuam a vocali ejusd. vocis immediate ſequenti moveri.* Cave enim ſtatuas *mobile* dictum a ſono; quod aut moveat literam ſuam, aut ipſum moveatur, tempore ſenſibili, ac ſono determinato. Si quid ſoni habet, erit rapidum illud ac incertum, quod in quacunque lingua, paulo accuratius attendentes ſub priori conſona concipiunt, ſyllabæ a geminata conſona incipientis: quod ex I atque E mixtum eſt, inflexum ad naturam vocalis ſequentis. Atque adeo eundem in modum abſorbeatur quoque Ebraice, ubicunque commode poterit. Cum vero id ſine difficultate inſuperabili vix ubivis fieri queat, in tyronum gratiam E ſonat rapidiſſimum. Cæteroquin non dubium, quin *Mobile* dictum fuerit, per denominationem extrinſecam. Litera quam afficit, eſt proprie *mobilis* : tam quod actu *moveri*, i. e. pronunciari velit; quam quod pronuncians, formaturus ſyllabam, *movere* ſeu *promovere* eam debeat ad ſequentia, nec

*Quiescens* [e].

9. (:) *Mobile*, ante vocalem, *occurrit* [f]

1. Ab initio [g].

2. Post vocalem longam [h] tono de-

in ea pronunciata subsistere, syllabæ finem facturus. Quo casu *Quiescens* diceretur, quod pronuncians in litera, quæ tali (:) afficitur, pronunciata *quiesceret*, nec ad alias vocalizatas in eadem syllaba efferendas gressum *moveat*.

(e) *Quiescens* (Chateph) *abripit literam suam ad vocalem ejusd. vocis*, nisi in fine sit, *immediate præcedentem.* Atque adeo designat, literam suam moveri quidem, per vocalem præmissam; sed in ejus sono *quiescere* pronunciantem, ac syllabam definere. Hinc *Kimchi* Michlol f. 49. c. 2. l. 6. literam א a quibusdam voci שְׁתַּיִם præmitti asserit, כדי שתהיה השין נחה *ut* ש *quiescat.*

(f) Quoties scil. observato principio primo §. 6. Obs. 2. tradito, eidem repugnat definitio quiescentis. (g) Gen. 1. 1. בְּרֵאשִׁית *bere-ssith*, in principio. Hic certe repugnat natura Quiescentis: nulla præcedit vocalis, ad quam litera ב, pro constituenda syllaba composita, possit abripi. (h) Gen. 1. 2. הָיְתָה *ha-jetha*, fuit, 3 fœm. sing. præt. Kal. rad. הָיָה, coll. §. 48. II. 1. β. Gen.

destitutam [i].

3. Post aliud (:) [k]. Et sic quo-

27. 27. בֵּרְכוֹ *be-recho*, benedixit ei, 3. masc. sing. præt. Piel. cum suffixo pronomine 3. pers. m. sing. coll. §. 20. §. 39. IV. §. 21, §. 17. caut. 6. §. 22. II. Gen. 21. 17. תִּירְאִי *ti-rei*, timeas (2. fæm. sing. fut. Kal. rad. יָרֵא coll. §. 49. l. 1. Gen. 2. 4. תּוֹלְדוֹת *to-ledoth*, nativitates, h. e. origines: plur. constr. ex sing. תּוֹלְדָה rad. יָלַד coll. §. 29. Obs. 1. Jos. 24. 19. תּוּכְלוּ *tu-chelu*, poteritis, 2. m. pl. fut. Kal. rad. יָכֹל coll. §. 41. III. 1. (γ). §. 46. I. obs. 3. Post singulas ordine vocales longas (:) deprehenditur: ubi simul ac quiesceret, h. e. literam suam ad præcedentem vocalem retraheret, pro syllaba composita constituenda; impugnaretur principium primum, supra §. 6. Obs. 2. traditum. (i) Quia tono præsente, etiam in syllaba composita locum invenit longa, supra §. 6. Obs. 2. Quin accidentaliter sæpe ex brevi facta est, ob solum accentum, §. 27. Hinc Job. 27. 4. תְּדַבֵּרְנָה *tedhab-ber-na*, loquentur: tonus in Penult. ob ה Paragog. §. 16. I. Obs. 1. Ita Gen. 41. 3. וַתַּעֲמֹדְנָה *Vat-ta-amodh-na*, & steterunt. Gen. 3. 11. אָכָלְתָּ *A-chal-ta*, pro אָכַלְתָּ coll. §. 27. 1. comedisti. (k) Gen. 3. 5. וְנִפְקְחוּ *Veniph-kebhu*, & aperientur. Re-

quoque

4. Sub litera fortiter dagesſchanda l.

Obſ. * *Chald.* (: poſt vocalem longam ſæpe quieſcit, in primis ſi deſtituatur Metegh m.

G II.

pugnat hic natura (:) quieſcentis, quo minus id quod ſub ו & ק habetur, quieſcat: quia non præcedit vocalis, ad quam rejiciat ſuam literam; ſed vel nihil prorſus, vel nota tantum vocalis abſentis. (l) Si enim virtutem dageſch fortis obſervaveris, §. 11. II. coll. §. 3. Obſ. 1. traditam, rurſus apparebit huiusmodi (:) nullo modo quieſcere posſe. Quia non vocalis præcedit, qua cum posſit connecti; ſed (:) in Dageſch forti latitans. v. g. Gen. 3. 3. תִּגְּעוּ *tig-geu*, tangetis: 2. pl. fut. Kal. rad. נגע coll. §. 44. I. Gen. 1. 3. t. וַיְהִי *Va-jehi*, & fuit. 3. maſc. ſing. fut. apocopati Kal, rad. היה coll. §. 48. I. 2. §. 57. l. 2. Obſ. 4. §. 50. III. Obſ. 2. (β) §. 11. II. Obſ. 1. (m) * v. g. Eſr. 4. 12. מָרָדְתָּא *ma-radh-ta*, rebellis. Metegh quod extat in quibusdam Codicibus, hic nil aliud efficere potuit, quam ſignare vocalem longam Eſr. 5. 16. שֵׁשְׁבַּצַּר *ſcheſch-bats-tſar*. Ibid. verſ. 8. מְדִינְתָּא *medhin-ta*, provincia, ex דִּין judicare: Ibid. עֲבִידְתָּא *Abhidh-ta*, opus illud: Eſr. 4. 12, בְּאוּשְׁתָּא *bi-uſch-ta*, mala

II. *Scheva quiescit* [n], post vocalem,

1. In fine vocis [o].

2. Post

---

illa: Dan. 2, 23. גְּבוּרְתָא *gebbur-ta*, fortitudo. Quia ubivis dagesch lene literæ schvatam sequenti impressum extat, exinde (coll. §. 11. l. 2.) patet, (:) præcedens quiescere; utut sit post vocalem longam. Quippe quæ Chaldæis sæpe deprehenditur in syllaba composita, etiam tono destituta. Vid. sub. §. 6. Obs. 2. p. 60. 61. (*). (n) Quoties, præter observatam §. 6 Obs. 2. repugnat natura (:) mobilis.

(o) Gen. 3, 8. בְּתוֹךְ *bethoch*, in medio, ex תָּוֶךְ coll. §. 34. I. & II. Obs. 2. (β). Quamvis vocalis longa præcesserit, aut (:), aut utrumque: mobile tamen dici non potest, quia hujus natura repugnat. Nulla enim sequitur vocalis, in eadem voce, qua cum suam literam possit conjungere. Vid. supra p. 94. ad lit. (d). Præterea etiam vocalis ista longa, afficitur tono, atque adeo syllabam compositam sustinet, salvo manente principio primo. Vid. ad lit. (i). Gen 9, 27. יַפְתְּ *Japht*, alliciet: coll. p. 18. Similiter l. c. v. 21. וַיֵּשְׁתְּ *Vai-jescht*, & bibit, 3. m. s. fut. apoc. Kal. rad. שָׁתָה conf. §. 48. I. 2. §. 50. III. Obs. 2. β. §. 57. I. 2. Obs. 2. Gen. 1, 4. וַיַּרְא *Vai-jar*, & vidit, rad. רָאָה coll. §. jam citatis.

2. Post vocalem brevem, non notandam cum Metegh p. Atque

3. Ante aliud (:) q.

Obs. (-) *Pathahh* aliquod *furtivum*, r *alternat pro schva* quiescenti,



(p) Gen. 1, 6. מַבְדִּיל *mabh-dil*, dividens. Nam brevis vocalis cum sua litera non absolveret syllabam, nisi mora attraheretur literæ sequentis. vid. §. 6. Obs. 2. Contra Gen. 1, 24. וְחַיְתוֹ *Vebha-jetho*, & vivens: adjectivum fœm. sing. Constr. cum ו Parag. rad. חיי, unde חַי coll. §. 32. §. 19. §. 34, II. 1. &. 3. §. 54. II. 2. §. 22. IV. Gen. 1, 22. וַיְבָרֶךְ *Va-jebbarech*, & benedixit. 3. m. s. fut. Piel, coll. § 50. III. 2. β, §. 18 §. 11. II. Obs. 1. §. 13. I. γ. In his (:) non est post vocalem brevem, sed post Metegh: quod tertium temporis spatium, syllabæ perfectæ necessarium supplet. Quin dici poterat, fore sub litera fortiter dageschanda, juxta memb. I. 4. (q) Gen. 27. 38. וַיֵּבְךְּ *Vai-jebhc*, & flevit. Moveri non poterat (:) prius, utut post vocalem longam, quia non ante vocalem. Vid. similem formam וַיֵּשְׁתְּ & *bibit*, ad lit. (o). Est enim ex בכה.

(r) Quia *furtim* quasi effertur, ante suam literam pronunciatum per (a) rapidissimum. *Differt* a vocali (si sub ultima qui-

1. *Subintellecto* sub tribus ultimis vocum literis radicalibus ה [s], ח [t] & ע [u], quoties præcedit aliquam istarum vocalis longa heterogenea [x], vel ( ֻ ) [y].

2. *Pro*

---

dem extat) *situ*; quod nulla vox in vocali brevi, cujus figuram induit, desinit: sed vel in (:), vel in vocalem longam, ( .. ) excepto. Si vero sub penultima occurrit, dignoscitur ex subsequenti (:) expresso sub ultima, affecta, si habilis fuerit, dagesch leni. (s) Jes. 7, 11. הגבה *hagh-beah*, exalta: Prov. 17, 19. מגביה *magh-biah*, attollens. 1. Sam. 9, v. 2. גבה *ga-bhoah*, altus. * Sed si ה servile sit, cujusmodi *Chaldæorum* suffixum 3. masc. sing. tale (-) furtivum non adhibetur: v. g. Dan. 2. 9. פשרה *pischrech*, interpretatio ejus.

(t) Exod. 35. 15. זבח *sa-bheahh*, sacrificans: Ps. 33. 14. השגיח *hisch-giahh*, prospexit: Job. 27. 22. ברוח *ba-roahh*, aufugere: Jes. 26, 3. בטוח *ba-tuahh*, confisus.

(u) Gen. 1. 29. זרע *so-rea*, seminans: v. 6. רקיע *ra-kia*, expansum, diductum Exod. 15, 26. שמוע *scha-moa*, audire: Job. 30. 24. שוע *schua*, vociferatio. (x) i. e. quæ diversum sonum habet a patach furtivo.

(y) Jos. 1, 1. יהושע *jeho-schüa*, coll. III. Obs. Ratio hujus in eo sita videtur,

2. *Pro schva exprimendo* sub Penultimis ח [z], & ע [a], quoties sequitur eas litera schvata.

III. *Schva Compositum adjicit* [b] *figuræ simplicis unam ex tribus* [c] *bre-*
G 3 *vibus*

---

quod hæ vocales (quæ, ob defectum propriæ sub ultima vocalis, etiam sequenti literæ sese accommodare debebant, §. 6. Obs. 3.) fortioris aspirationis Gutturalibus decenter formandis, non satis aperiant labia. Conf. §. 2. lit. (t) p. 11. cum §. 6. Obs. 4. Quapropter simul ac, vocali A. penultimæ subscripta, causa ista cessarit, aut א minus spirarit; cessat & ipsum (ַ) furtivum. (z) 1. Reg. 14, v. 3. לָקַחַתְּ *la-kàabht*, sumsisti. Quidam tamen Codices (ַ) retinent לָקַחַתְּ. Exod. 18, 9. וַיִּחַדְּ *Vai-jiachd*, & gavisus est: 3. masc. sing. fut. apocop. in Kal, (ad formam וַיֵּשֶׁב Jer. 41, 10. vel וַיִּפְתְּ Job. 31, 27.) é rad. חָדָה coll. §. 48. I. 2. §. 25. II. 2. §. 50. III. Obs. 2. & inprimis §. 57. I. 2. Obs. 1. & 2. Vid. *Kimchi* Michlol fol. 40. c. 2. l 20. ac *b*. *Melech* in l. c. * *Chald.* Dan. 5, 27. וְהִשְׁתְּכַחַתְּ *Vehisch-techaabht*, (duarum syllabarum) & inventus es. (a) Jer. 4, 19. שָׁמַעַתְּ *Scha-maat*, audivisti. Gen. 4, 23. שְׁמַעַן *audite*, 2. pl. fœm. Imp. Kal. coll. §. 57. II. 3. (b) Forte ad longiorem parandam moram, utut modo dimidiatam. (c) Duæ enim

*vibus vocalibus* ( ֲ ), ( ֱ ), vel ( ֳ ) *hhatuph.*

1. Quælibet vocalium sonum suum retinet, ( : ) in pronunciatione neglecto [d]. ac

2. Proprie competit Gutturalibus: improprie, & ob solam Euphoniam, extat nonnunquam sub aliis [e].

Obs.

---

reliquæ vocales ad hanc compositionem ineptæ sunt: quod non modo figura istarum schvati superaddita, confusionem pareret, ( ְ ) cum ( ֵ ) & ( ֶ ) cum ( ֶ ) Sed & sonum istarum, ceu gracilis nimium, & labia ferme integra contrahens, minus aptus efferendis Gutturalibus. (d) Gen. 1, 16. נַעֲשֶׂה *na-ase* (non *na-ease*), faciemus. Similiter in sequentibus: Gen. 1, 27. חֲמִישִׁי *quintus* Ps. 110, 1. הֲדֹם *scabellum.* Gen. 1. 11. אֲשֶׁר *qui,* c. 1. vers. 1. אֱלֹהִים *Deus supremus*, c. 2. 18. הֱיוֹת *esse*: Jud. 7. 8. הֶחֱזִיק apprehendit: Gen. 2, 18. אֶעֱשֶׂה *faciam*: 1, 1. Reg. 10, 11. אֳנִי navis, Deut. 28, 61. חֳרִי morbus, Ezech 3. 7. עֳנִי miseria. (e) Vid. §. 26. 15. Scil. *Ebraice* tantum ( ֲ ) & ( ֳ ) sub non Gutturalibus oc-

Obs. Vicarium alternans sequitur fere naturam ejus pro quo alternat.

§. 10. Præter literas, & puncta vocalia, hic etiam observanda veniunt Dagesch, Mappik, Metegh, & Makkeph.

§. 11. *Dagesch* est punctum ventri literæ impressum, specialem ejus indicans pronunciationem. Distribuitur in *Forte*, ac *Lene* .[f], itemque *Neutrum* [g].

G 4 I. *Da-*

currit, & nuspiam ( ); nisi apud Chaldæos. v. g. Gen. 2, 12. וּזְהַב & *aurum*, constr. pro וְזָהָב ad formam דְּבַר, ex absoluto זָהָב, coll. §. 34. I & II. Hinc etiam וּ eodem modo præfixum est, quo ante (:) simplex, §. 50. III. Obs. 1. Gen. 2, v. 23. לֻקֳחָה pro לֻקְּחָה *sumta est*: præt. Pual. * Dan. 2, 30. גֲּלִי pro גְּלִי *revelatum est*: part. Peil. Vid. 48. I. Obs.

(f) Differunt inter se, quod *forte* semper vocalem præmissam habeat, *lene*, nunquam.

(g) Ita placuit appellare punctum literæ ת vocis שְׁתַּיִם duæ inditum. Ad neutrum enim præcedentium commode referre licet. Non ad *forto*, quia non præcedit vocalis:

nec ad *lene*, ob defectum (:) quiescentis præmittendi. Neque vero dixeris, per id compensari literam נ masculini שְׁנַיִם pereuntem. Hoc enim si foret, sonus literæ ת fuisset geminandus: priori in locum abjecti נ succedente. Vid. supra p. 11. (u). Quo facto, ob concursum duorum schvaim (coll. §. 3. Obs. 1.) prius necessario transiret in vocalem brevem: quia et mobilis & quiescentis natura eidem repugnaret, tradita §. 9. I. p. 94. 95. coll. §. 24. I. Quod si autem vicem literæ pereuntis non præstat, *compensativum* dici minime par est. Foret enim compensativum non compensans: quod contradictionem infert in adjecto. Neque etiam *Kimchio* pollicem premere ausim: qui, ut *lene dagesch* evincat, in *Michlol* fol. 49. col. 2. l. 5. sqq. coll. fol. 65. c. 4. l. 43. sqq. cum *ben Ascher* ac *Orientalibus* legit per prosthesin א, אֶשְׁתַּיִם schva sub שׁ quiescente. Id enim nuspiam scriptum extat, atque adeo nec sui vim potest exserere. Non entis nullæ sunt affectiones. Quod si exempla deessent ex שׁתה (*bibit*) inflexa, in quibus (:) ptimæ subscribitur: ob id unice impressum dicerem, ut ablata a ת aspiratione: atque tunc consequente sibilo (Vid. p. 12.), & faciliorem redderet, & magis distinctam literarum contiguarum, una vocali postposita efferendarum, pronunciationem. Certe lenior ille sibilus ת ra-

I. *Dagesch lene*, quod *è sex literis* בגדכפרת *aspirationem tollit*, imprimitur illis,

1. *Ab initio* totius periodi [g].

2. *Post quiescens schva*, aut ejus vicarium [h], vel *vocis ejusdem* [i], vel *præcedentis* [k].



phati a fortiori in ead. Syllaba præmisso obruitur quasi, & absorbetur penitus. Vnde & Chaldaice ad hoc vitandum, eidem primæ schvandæ adjiciunt א prostheticum, Dan. 5, 34. quo, dagesch leni impresso, sibilum amitteret, ac pronunciaretur facilius. Quicquid horum sit, ad *dagesch lene* propius accedit, quam *ad forte.* Illius quippe officium exercet, non hujus. Et, si ad aliquod istorum omnino referendum sit; satius foret, illud in loco minus competenti irregulariter admittere: quam hoc statuere, quod suum non exerceret munus. (g) Gen. 1, 1, בְּרֵאשִׁית *bere-schith*, in principio. (h) Scil. (-) furtivum, quo de §. 9. II. Obs. 1. & 2. p. 100. (i) Gen. 1, 4. וַיַּבְדֵּל & *divisit*: Gen. 9, 21. וַיֵּשְׁתְּ & *bibit*, Vid. p. 98. Jer. 50, 24. יָדַעַתְּ pro יָדַעַתְּ coll. §. 9. II. Obs. 2. *cognovisti.*

(k) Num. 24, 17. דָּרַךְ כּוֹכָב *da-rach*

Obſ. *Dageſch L. non imprimitur poſt* (:) *quieſcens.*

1. Imperativi ac Infinitivi Kal, ſub ſecunda radicali I.

2. Ex

---

*co-chabh*, procedit ſtella. ה afficitur dageſch leni, quia ab initio periodi: כ vero, quia poſt (:) quieſcens, expreſſum ſub ultima præcedentis, Gen. 1, 1. בָּרָא *ba-ra*, creavit: literæ ב dageſch lene impreſſum eſt, propter ſchva ſubintellectum præcedentis ת, vi §. 3. Obſ. 1. Geneſ. 1, verſ. 6. רָקִיעַ בְּתוֹךְ *expanſum in medio:* literæ ב Dageſch lene impreſſum eſt, ob (-) furtivum præcedentis vocis, pro ſchva ſubintellecto alternans, §. 9. II. Obſ. 1. Exod. 8, 11. וַיַּרְא פַּרְעֹה *& vidit Pharao.* Quia primæ vocis ultima compoſita eſt, deſinens in literam (:) quieſcenti affectam; initiali פ dageſch L. impreſſum eſt, non impediente id א otioſe inſerto. Quando vero in tribus ſequentibus (Jeſ. 34, v. 11. קַו־תֹהוּ *funiculus deſolationis.* Ezech. 23, 42. שְׁלֵו בָהּ *tranquillus in ea*, Pſ. 68, 19. אֲדֹנָי בָם *Dominus cum illis*) litera initialis aſpirata manſit, poſt (:) præcedentis ſubintellectum; dudum id a *Maſora* annotatum eſt, tanquam extraordinarium.

(I) Joſ. 2. 5. רִדְפוּ *perſequimini*, Num. 35. 12. עָמְדוֹ *ſtare eum* &c.

2. Ex vocali longa ortum [m].

3. ob præfixum, in Nominibus [n].

4 Poſtpoſitum vocali, ex ſchva compoſito factæ [o].

5. Ex

(m) Gen. 16, 16. מַלְכֵי *Reges*, ex מְלָכִים coll. §. 34. I. & II. 4. §. 24. I. 2. (n) 2. Chron. 28, 19. בִּכְתָב *in ſcripto*: 1. Reg. 6, 16. לִדְבִיר *ad adytum*: Exod. 15, v. 16. בִּגְדוֹל *ad magnitudinem*. Sic Pſ. 131, 1. Pſ. 65, 7. בִּגְבוּרָה *in fortitudine*: Jer. 31, v. 17. לִגְבוּלָם *ad terminum ſuum*. Sed cave traxeris hoc ad (:) ſub prima radicali Verborum, ob Præfixum, quieſcens. Poſt hoc enim ſemper tollitur aſpiratio, v. g. Thr. 5, 6. לִשְׂבֹּעַ *ad ſaturandum*, vel (coll. *Interpr.* §. 127. §. 200.) *ut ſaturemur*. Num. 9. 22. לִשְׁכֹּן *ad habitandum*: Gen. 24, 19 לִשְׁתּוֹת *ad bibendum*: Gen. 15, 5. לִספּוֹר *numerare*, coll. *Interpr.* §. 105.

(o) 1. Sam. 4, 19. נֶהֶפְכוּ Exod. 20, 5. תָעָבְדֵם *cogeris ſervire illis*, 2. maſc. ſing. fut. Hophal. Ez. 6, 6. יֶחֶרְבוּ *deſolentur*. Et ita in duobus civitatum Propriis יָקְתְאֵל Joſ. 15, 38. (quomodo *Petram* Arabiæ metropolin, Amazias cognominaſſe dicitur 2. Reg. 14, verſ. 7. Vid. etiam 1. Chr. 4, 18.) & יָקְדְעָם Joſ. 15, 56.

5. Ex (.) correptum, ob ה Paragogicum vel Locale p.

6. Ante כ suffixum, vel tertiam radicalem vocis בֶּגֶד q. Neque

7. Si litera aspirata fuerit ante ות e-jusque pluralem t.

3. *Post* syllabam *simplicem praecedentis vocis*, vel

(*α*) *penacutae* in ( ָ ) & ( ֶ ) exeuntis •: vel

(β)

---

(q) Ps. 68, v. 7. בַּיְתָה *in domo*, ex בַּיִת. Contra Exod. 26 18. נֶגְבָּה *ad meridiem*, ex נֶגֶב. Sed נֶגְדָּה ex נֶגֶד Ps. 16, v. 14. 18. ד extraordinarie raphatum reliquit.

(q) Gen. 2, 18. אֲכָלְךָ *commedere te* c. 49, 1. אֶתְכֶם *vos* Esdr. 9, 3. 5, בִּגְדִי *vestis mea.* Gen. 39, v. 12. 13. 15. sqq. בִּגְדוֹ *vestem suam.*

(r) Esth. 1, 6. מַלְכוּת *imperium*: Eccl. 11. 10. הַיַּלְדוּת *pueritia*: Dan. 8. vers. 22. מַלְכֻיּוֹת *Regna* * Chald. Dan. 2 44. מַלְכוּתָא *imperia.* (s) Deut. 16. 2. וְזָבַחְתָּ פֶּסַח *ideo mactabis Pascha*: vid. v. 1. Gen. 38, 29. עָלֶיךָ פָּרֶץ *super te ruptura.* Gen. 30, v. 21. יָלְדָה בַּת *peperit filiam*: tonus in priori est retractus, ob tonum immediate sequentem, Vid. §. 16. III.

(β) *cum accentu Domino* [t], aut Psik [u] *notatæ.*

Obs. 1. Si syllaba dagesschanda tono destituitur, aspirata manet initialis, post simplicem, etiam penacutam [x].

2. Octo

---

Gen. 11. 31. אַ֫רְצָה כְּנַעַן *in Terram Canaan.* Psalm. 88, v. 11. תַּעֲשֶׂה פֶּ֫לֶא *facies miraculum*, Gen. 1, 11. עֹ֫שֶׂה פְּרִי *faciens fructum*: ad vitandam collisionem toni, in priori tonus est retractus, Vid. §. 16. III. Sed *in* (..) *terminata*, *relinquunt sequentem aspiratam*, v. g. Ps. 77, 15. עֹשֵׂה פֶלֶא *factor miraculi.* Vid. *Kimchi* l. c. f. 28. c. 2. l. 15. sqq. (t) Reputatur enim ac si a principio foret periodi. v. g. Gen. 1, 27. בְּצַלְמוֹ בְּצֶלֶם *ad imaginem suam: ad imaginem* &c. Saceph katon prioris vocis fit Dominus propriæ ditionis, & sequitur eum accentus Dominus alius dignitatis ejusdem: quorum quodque indicat, distinctionem constituendam esse in prima voce sensibilem.

(u) Gen. 18, 21. עָשׂוּ ׀ כָּלָה *fecerint consummationem.* Minister *munach*, priori additus, non dagesscharet sequentem כ, nisi *Psik* euphonicum intercederet. (x) v. gr. Gen. 47. 14. בֵּיתָה פַרְעֹה *in domum Pharaonis.* Raphatum est פ initiale, quia tonus in ultima: quamvis penacuta sit prior. Quod si hoc casu dagesch deprehenditur, *Kimchi* l.

2. Octo illa, quæ post simplicem syllabam vocis nec penacutæ, nec accentu Domino affectæ, dagesschata occurrunt, ipso Masoretharum judicio, sunt anomala y.

4. *Si*

---

c. I. 30. sqq. id censet irregulare, cujusmodi Ps. 77, 16. גָּאַלְתָּ בִּזְרוֹעַ *redemisti brachio:* Deut. 32. 15. עָבִיתָ כָּשִׂיתָ *obesus factus es, obduxisti adipem.* Certe Athias aliique Dagesch non agnoscunt in ב atque כ; expressere tamen Plant. Buxt. & alii. (y) Exod. 15, v. 1. 21. כִּי־גָאֹה גָּאָה *nam excellendo excelluit.* Ad quem locum *Masora* marg. ח׳ דגשין בתר יהוא בלא מבטל *Octo* inquit, *dagesschata sunt, absque pausa.* Ibid. vers. 11. מִי כָּמֹכָה *quis sicut tu?* Vbi Masora *aquum fuisse* tradit, *ut aspiratum retineretur. Sed dagesschatum fuisse, ne speciem præbeat nominis Micha*, qui cultum Idololatricum Jud. XVII. introduxisse dicitur. Ib. v. 16. יִדְּמוּ כָּאָבֶן *silebant instar lapidis.* Quod factum ait Masora, שלא יראה כמחרף ידמוך אבן *ne videatur blasphemanti similis,* dicturo, *assimilent te lapidi*: vel silebant tecum, aut tui causa quisque lapidum, vel *silebant tibi Lapis!* Dan. 5. 11. וְחָכְמָה כְּחָכְמַת אֱלָהִין *& sapientia sicut sapientia Deorum.* Kimchi l. c.

4. *Si aſpirata ſchvata* [b], fuerit *ante* aſpiratam *eandem* [z], *vel ejusdem organi* [a].

Obſ. כ & ג ita concurrentium priorem raphatam reliquit *ben Aſcher*, ſed *ben Naphtali* dagesſchat [c].

II. *Da-*

f. 28. c. 3. l. 28. 29. hoc factum ait, ob difficultatem pronunciandi כ raphatum ante ח, ex congruentia ſoni ortam. Reliqua ponit Dan. 3, v. 2. & 5. quæ talia nobis non apparent. Nec, ab aliis conſtituta Pſ. 35 10. Jeſ. 54, 12. Jer. 23, 9.

(z) Jer. 3, 25. נִשְׁכְּבָה בְּבָשְׁתֵּנוּ *dormiemus in opprobrio noſtro:* 1. Reg. 18, v. 44. קְטַנָּה כְּכַף־אִישׁ *parva inſtar volæ viri.* Vid. Jeſ. 10, 9. (a) Lev. 25. 53. לֹא־יִרְדֶּנּוּ בְּפָרֶךְ *ne dominetur ei per odium* Vid. Pſ. 98. 8. (b) Si prior raphata, vocalem habeat, aſpirata manet. v. g. Lev. 21, verſ. 13. אִשָּׁה בִבְתוּלֶיהָ *mulierem in virginitate ſua;* Athias tamen ב prius dageſſchat. Jeſ. 13, v. 19. וְהָיְתָה בָבֶל *& erit Babylonia.* * Chald. Eſdr. 4, 23. אֲזַלוּ בִבְהִילוּ *abierunt in celeritate.*

(c) Vid. *Kimchi* l. c. f. 28. c. 2. l. 3. fin. ut Job. 38, 3. אֱזָר־נָא כְגֶבֶר *accinge nunc inſtar viri* lumbos tuos. Vbi *R. Sal. b. Melech* ex Kimch. l. c, annotat: פלוגין עליה יש

II. *Dagesch forte literas* ( quibus omnibus, præter Gutturales & ר, inſcribi poteſt ), aſpiratione, ſicubi ſit. ablata, *duplicat* d.

Eſtque *triplex*: *Characteriſticum*, *Com-*

---

שקוראין הכף רפה והיא קריאת בן אשר ויש שקורין דגש והיא קריאת בן נפתלי i. e. *diſſentiunt circa vocem* כגבר: *Sunt, qui* כ *raphatum legunt, ad mentem ben Aſcher; ſed alii legunt drageſſchatum, ſecundum lectionem ben Naphthali.* (d) Eodem modo, quo, teſte Iſidoro, *Sicilicus* apud antiquos Latinos. (e) Quod loco *notæ diſcretivæ* uſurpatur, per quam v. gr. Conjugatio una ſecernitur ab altera: cujusmodi mediæ radicali impreſſum, indicat claſſem II. & IV. primæ autem, Niphal. v. gr. *Piel* Præt. Ecc. 12, 9. לִמַּד *diſcere fecit*, vel *docuit*. Prov. 20, 25. לְבַקֵּר *inquirere*: Infinit. 2. Reg. 8, 12. תְּבַקֵּעַ *diffindes*, Fut. Prov. 24, 5. מְאַמֵּץ *confortans*, Part. Similiter hujus Paſſivum *Pual*, v. gr. Gen. 40. 15. גֻּנֹּב גֻּנַּבְתִּי *mero furto ablatus ſum*: prius ad infin. ſpectat, ex Pual & Kal mixtum, coll. §. 42. II. 3. Poſterius vero ad Præterit. Pual. Geminatio ejusdem verbi, intendit; coll. *Inter*. §. 108. 1. Jeſ. 1. 20. תְּאֻכְּלוּ *comedemini*, Fut. Niſi quis ob defectum ב voci

*Compenſativum*[f], atque *Euphoni-* H *cum*

חֶרֶב præfigendi, ac fulcri ו in voce ſuperius ex Kal adhibita, dicere auſit חֶרֶב תְּאֻכְּלוּ i. e. *gladium* (loco optimi terræ, de quo verſ. præc. *comedetis*. Ad quam tn. mutationem, deficiente קְרִי, ægre acceſſerim. Pſ. 144, 12. מְגֻדָּלִים *educati*, Part. Atque ita determinat *Hithpael*, v. g. 2. Chr. 13. 7 הִתְחַזֵּק *corroboravat ſeſe*. Præter. Pſ. 106, 5. לְהִתְהַלֵּל *ad gloriandum*, vel, coll. *Interpr.* §. 127. 200. *ut felicem me prædicem*, Infinit. Job. 15. verſ. 25. יִתְגַּבָּר *virum ſe geret*, Fut, Gen. 3, verſ. 8. מִתְהַלֵּךְ *ſeſe moventem*, Part. (f) 2. Chor. 33. v. 23. כְּהִכָּנַע *ſecundum humiliari*, vel coll. *Interpr.* §. 127. §. 197. 3. *ſicut humiliabatur*, Infin. Niph. ex נִכְנַע ibid. & 1. Reg. 21. 29. coll. §. 41. III. 2. Pſ. 89, 24. אֶגּוֹף *percutiam*, fut. Kal, ex נָגַף 2. Chr. 13, 15. coll. §. 44. I. Gen 9, v. 11. מַבּוּל *diluvium*, ex נבל coll. §. 29. Obſ. 1. Gen. 14 13. אֶקַּח *ſumam* ex לָקַח coll. §. 44. Obſ. 3. (α) Gen. 24, 13. נִצָּב *conſtitutus* ex יָצַב coll. l. c. (β). Pſ. 88, 18. סַבּוּנִי *circumdederunt me*, pro סְבָבוּנִי quod eſt Pſ. 18, 6. coll. §. 45. §. 19. Gen. 1, 29. נָתַתִּי *dedi* ex נָתַן Confer §. 44. Obſ. 1. Exod. 34, 27. כָּרַתִּי *percuſſi*, ex כָּרַת coll. §. 41. III. 4. Conf. etiam l. c. (β). it. Not.

*cum* f.

Obſ. 1. Horum *quodlibet ex literis ſchvatis ſæpe excidit*: defectu Characteriſtici & Compenſativi per Metegh notando, praecedenti vocali brevi tono deſtitutæ adjectum g.

2. E con-

---

γ. §. 56. l.2. §. 53. II. Obſ. 1. (f) Exod. 15, v. 17. מקדש *Sanctuarium*, pro מקדש paſſim alibi occurrente, ad formam משקל *pondus* Gen. 49, 10. יקהת *obedientia*. Conf. §. 20. Obſ. 3.

(g) Exod. 10, 11. מבקשים pro מבקשים *quærentes*, excidente *dageſch characteriſtico* Conjug. Piel. Gen. 2, v. 2. ויכל pro ויכל *& abſolvit* 3. fut. ſing. apocop. Piel. rad. כלה, itidem excidit *Dageſch characteriſticum*, quod ſecernit ו converſivum a nude conſignificativo. Vid. §. 50. III. Obſ. 2. (β). coll. §. 57. l. 1. Gen. 14, v. 24. יקחו pro יקחו *accipient*, ex לקח coll. §. 44. Obſ. 3. (α) excidit *Dageſch* compenſativum ל pereuntis. Gen. 1, v. 24. וחיתו *& vivens*, cum ו Paragog. pro וחיתו ex conſtructo חית abſoluti חיה maſculini חי rad. חיי coll. §. 32 §. 19. §. 54. II. 2. §. 34. II. 1. 3. §. 22. IV. Sed Lev. 12, 4. המקדש in quo Dageſch Euphon. excidit ſine compenſatione.

2, E contra quodlibet horum, ad analogiam communem, deprehenditur quandoque literæ ר inditum h. Et quatuor

 tuor

(h) *Characteristicum* quidem Ezech. 16, 4. כֻּרַּת *resectus est*, pro כָּרַת ex Pual. *Compensativum* vero ibid. שָׁרֵּךְ *umbilicus tuus*, Prov. 3. v. 8. לְשָׁרֶּךָ *umbilico tuo*, rad. שָׁרַר ex absoluto שֹׁר ad formam עֻזֵּךְ *robur tuum*, Jes. 52, 1. בְּעֻזְּךָ *robore tuo*. Ps. 21, 14. rad. עזז coll. §. 29. Obs. §. 43. §. 19. §. 18. §. 26. 14. Ita Prov. 14, 10. מָרַּת נַפְשׁוֹ *amaritudo animæ suæ*, ex מָרַר, ad formam חֻקַּת Exod. 12, 14. rad. חָקַק *æquus, justus fuit.* Cant. 5, 2. שֶׁרֹּאשִׁי *nam caput meum*, coll. §. 38. 2. Sed ad *Dagesch Euphonicum* referas 1. Sam. 10, 24. הַרְּאִיתֶם *numquid vidistis?* quod amplius legitur 1. Sam. 17, 25. 2. Reg. 6, 32. Vid. tamen §. 50. II. 2. Inprimis hanc solam speciem efflagitat 1. Sam. 1, 6. הַרְּעִמָהּ *intonare facere eam*, vel (coll. *Interpr.* §. 127. 128. §. 166. II. 2.), ut murmurare seu conqueri faceret eam: nisi referendum censeas ad *Interpr.* §. 87. eo quod intonabat illa, i. e. *impetuose nimis convitiabatur* Prov. 11, 21. לֹא־יִנָּקֶה רָּע *non innocens erit malus*: cap. 15, 1. מַעֲנֶה־רַּךְ *responsio lenis.* Id geminatum videmus præter morem.

tuor in locis, contra omnem analogiam, literam א onerat [i].

3. * *Chal.*

---

*Irritata canes quod, homo quam, planiu' dicit,*

ſecundum *Lucilium*, a *Douſa* notatum, Reliq. p. 25. Quapropter nullum mihi dubium, quin in plurimis ſaltem, ipſo ſono horrido mordacique ad ſenſum aliquid addere voluerit, Dum *hirritum* concitati canis, quem lingva inter dentes vibrata *oggannit*, ſtudioſe nimis æmulatur; animum indicat ſubjecti furore abrepti haud leviter irritatum. Inprimis voce e 1. Sam. 1, allegata, & vehementiam iræ ac geſtus mulierum rixantium, vivis depingit coloribus. Nam ſi unquam (ut *Perſius* alicubi Sat. 1. loquitur),

- - *ſonat hic de nare canina.*

*litera.* Id quod augetur non modo difficultate inſequentis ע, ſed & altero inſuper Dageſch, etiam tertiæ radicali extraordinarie prorſus indito. (i) Gen. 43, 26. וַיָּבִיאּוּ *& attulerunt*: ita Eſdr. 8, 18. & Lev. 25, 17 in eadem ejusd. thematis conjugatione: ſed Job. 33, 21. רֻאּוּ *viſa ſunt*, ex Pual, rad. ראה. Verum in II. claſſe hoc verbum inuſitatum eſt. Et ridiculum, in præcedente voce ejusd. commatis וְשֻׁפּוּ *Vau decurtatum* dicere, quemadmodum alibi *jod prolongatum*. Pueris hæc

3. * *Chaldæi* loco dageſch fortis ſæpe adhibent נ [k], raro literam, quam compenſare debebat [l].



erant proponenda, nutricum fabulas adhuc expetentibus & credulis mulierculis; non viris. His *jod prolongatum nil aliud* eſt, *quam Vau*; & *Vau decurtatum*, *ipſiſſimum jod*. Retineantur ergo omnia, prout literæ, & uſus linguæ poſtulant: וּשְׁפִי עַצְמֹתָיו לֹא רֻאּוּ *quamvis prominentiam* (Num. 23. 3. Jeſ. 41, 18. cap. 49. 9. Jer. 3, 2. 21.) *oſſium ejus non viderint*, i. e. quamvis antea tam obeſus & pinguis extiterit, ut nullibi prominentiam oſſium obſervare licuerit: nunc tamen ita *attenuetur caro ejus*, & macie extabeſcet, *ut non cernatur ultra*. (k) * Eſdr. 4. 13. מִנְדָּה pro מִדָּה quod v. 20. occurrit, *cenſus*, pro menſura & quantitate bonorum impoſitus, rad. מְדַד coll. §. 19. §. 29. Obſ. §. 43. Dan. 4, 11. אִנְבֵּהּ *fructus ejus*, ex אבב. cap. 4. 3. לְהַנְעָלָה *introducere*, infinit. Aphel. rad. עלל. coll. §. 45. l. 2. Ita Dan. 2, 9. אִנְדַּע *ſciam*, verſ. 30. תִּנְדַּע *ſcies*, fut. Peal, rad. יְדַע, coll. §. 44. Obſ. 3. (l) * Dan. 3, 4. עַמְמַיָּא *populi* ex עַם rad. עֲמַם qua de Vid. *Interpr.* §. 173. 3. p. 257. ſqq.

§. 12. *Mappik* [m] est punctum, quod *literæ* ה [n] *finali* vocali destitutæ

(m) מַפִּיק *producens*, in publicum scil. in aures præsentium, ut, sono edito, audiatur: quod cæteroquin sua natura domi quasi se contineret, & quiesceret latitaretque. Partic. Aphel, rad. נְפַק *egredi, prodire* &c.

(n) Non ו mediano post (.) Quia 1. *otiosum in eo foret*, litera jam antea, ob propriam vocalem sibi additam, mota. Dispar certe ratio est patach furtivi, v. gr. in אֱלֹהַּ cum Mappik combinati: quippe quod motum non efficit, sed consequitur; non indicat, sed facilitat. Hinc excidit, quoties vocalis sequenti הּ accommodata præcesserit. Quin simul ac propria vocalis literam הּ occuparit, non (ַ) modo furtivum expirat, sed mappik ipsum excidit. Quæ omnia de ו diversimode se habent. 2. *Impingeretur in principium primum*. §. 6. Obs. 2. traditum; nec brevis vocalis syllabæ simplicis tantum moræ haberet, quantum syllabæ constituendæ sufficeret. Longa vero dici non potest, fulcro absorpto. Quia nil absorbetur: sed litera quæ in absoluto fulcrum dicebatur, ut alia quæcunque, crescente voce, novam syllabam inchoat; vocali in qua modo quieverat, præcedenti syllabæ relicta. 3. Punctum literæ jod impressum compensat aliquid abjectum,

tutæ *impressum*, *indicat eam moveri* °: ac proinde etiam

2. *Secundæ radicali* natura mobili ᵖ



v. gr. נ characteristicum Niphal in וַיִּיָּחֶל Gen. 8, 12. ac determinat Conjugationem gravem, e. c. in חִיַּבְתֶּם Dan. 1, 10. atque חָיָה Ps. 22, 30. Quæ omnia Dagesch forti quidem competunt, sed Mappik neutiquam. Rerum vero diversarum coalitionem, cujusmodi supra §. 7. II. p. 81. tradidi, tum demum admittimus, quando evidens eam urserit necessitas: quæ hic nulla est penitus. Illud modo י quiescere potest, quod vocali caret. Vid. supra §. 3. II. 4. p. 17. (o) Hinc est, vt non modo ipsum ה quandoque (-) furtivo afficiatur signo motus infallibili; &, terminatione pluralis superveniente, retineatur: sed & (-) eidem possit præmitti, ac sequens raphata dageschari. Quorum nullum ה quiescenti competit. Vid. supra §. 9. II. Obs. 1. coll. §. 33. I. §. 48. I. & perpende sequentia: v. g. Ps. 131, 1. גָּבַהּ *turgidus superbus fuit*. Ps. 63, 2. כָּמַהּ *desiderat* Job. 22, 28. נָגַהּ *fulsit* Eccl. 5, 7. תִּתְמַהּ *miraberis*. Deut. 32, v. 15. אֱלוֹהַּ *Deus*, in plur. אֱלֹהִים ה ultimo servato. Prov. 24, 27. וְעַתְּדָהּ בַּשָּׂדֶה *& para illud in agro*.

(p) 2. Sam. 15, 28. מִתְמַהְמֵהַּ *cunctans sum*

*quiescentium tertia*, illico *imprimendum est*. quoties ultima per Apocopen abjicitur.

Obs. 1. *Raphe* lineola transversa superne collocata, *indicat*, *literam ea affectam*, *absque Dagesch* q, *vel Mappik* r *esse*,

---

ex מחה coll. §. 41. III. 5. (p) sic Prov. 26, 18. בְּמִתְלַהְלֵהַּ *instar simulantis se lassum*. Part. Hithp. & Gen. 47, 13. וַתֵּלַהּ & *defatigata fuit*, 3. fœm. sing. fut. apoc. Kal. rad. להה, quæ idem significat ac לאה. Ejusdem formæ est Job. 17, 8. וַתֵּכַהּ & *caligavit*, ex כהה formæ וַתֵּתַע & *aberravit* Gen. 21, 14. e rad. תעה, coll. §. 57. I. 2. Obs. 4. (q). Exod. 20, 13. לֹא תִּרְצָח׃ לֹא תִּנְאָף׃ לֹא תִּגְנֹב *Non occides: non mœchaberis: non furaberis.* Dagesch lene literæ ת ubivis impressum est, etiam post quiescentem; quia respectu ad Præceptum habito, vox præcedens, in ditione duarum vocum, accentu Domino notatur, loco ministri. Sed consecutione accentuum ratione versus instituta, ת ubivis raphatum retineri debebat; ob præcedentem syllabam simplicem, in tali casu cum ministro notatam. Vid. §. 27. Obs. 1. coll. §. 11. l. 3.

(t) Num. 32, v. 42. לָהּ pro לָהּ *ei*.

*ſe efferendam*: quoties ſc. hæc videbantur imprimenda.

2. Circellus [s], vel aſteriſcus [t], aut punctorum ſupra literam congeries [u], notam indicant Maſorethicam, in margine, vel ſub calcem, collocatam [x].



(s) Gen. 8, 17. הוֹ°צֵא *exire fac.* Ad quod in marg. notatur הַיְצֵא ק quaſi ſcil. perfectorum more flectatur ex abuſu §. 43. Obſ. 2. Sed hoc Moſes ne quicquam intendit; verum formam huic verbo, & aliis ejusd. ſpeciei alias receptam הוֹצֵא, coll. §. 46. I. 2. Alioquin eadem opera pro ו exhibuiſſet י. (t) Gen. 6. verſ. 19. הַחַי *vivens illud*, rad. חיי, & articulus, de quo § 38. 1. Maſora in marg. החא בקמץ i. e. *litera* ה *cum* ( ָ ), ſcil. contra §. 20. Obſ 1.

(u) Vid ſupra §. 1. Obſ. 1. p. 5.

(x) In perpetuis aut frequentius occurrentibus, hujusmodi nota marginalis una cum ejus indice omittitur. Cujusmodi יְהוָה & יֱהֹוִה quæ ſecundum puncta, ex intentione autoris vocalium, leguntur per אדֹנָי & אֱלֹהִים. Valde abſurdum eſt, legiſſe *Jehovi.* nec enim ה quieſcit unquam in ( ִ ): nec ( ֱ ) Ebraice aliis competit, quam Gutturalibus. Et qui v. gr. לַיהֹוָה *Laibova* pronunciunt, non vident, literam יְ *moveri* non potuiſſe;

§. 13. *Metegh* [y] est lineola perpendicularis, *vocalis affectæ* [z] *sonum decore & cum Euphonia; sed absque tono sufflam nans.*

Estque duplex, *adstrictum* [a] aliud. seu

quia signum motus, (:) scil. in medio semper exprimendum §. 3. Obs. 1. non extat. Neque tamen potest quiescere, vocali motui ejus cognata *I* vel *E* deficiente, Vid. §. 3 II. 4. Similiter annotatum non est, quoties pro ירושלם legendum volunt ירושלים de quo Vid. §. 56. I. 6. (*e*). Nec הוא, cum היא juxta quosdam, mutandum. Certe lectio *hiv* inconcinna est, & legibus punctandi contraria. Si ו moveretur, notari debebat cum (:), juxta §. 3. Obs. 1. ad exemplum שָׁוְא *vanitas* חֵטְא *peccatum* גַּיְא *vallis* &c. Quod si vero quiesceret, requirebat vocalem motui suo cognatam O vel V, vi §. 3. II. 3.

(y) מֶתֶג FRENVM *retinaculum, sufflamen.* Ps. 32, v. 9. בְּמֶתֶג־וָרֶסֶן עֶדְיוֹ לִבְלוֹם FRENO *ac Lupato os ejus constringendum.* Vid. Prov. 26, v. 3. 2. Reg. 19, v. 28. Jes. 37, v. 29.

(z) Vocali affectæ postponitur, quoties hæc suæ literæ subscribitur: sin minus, supponitur literæ. (a) Et PREMERE, & LAXAS *novit dare* tempore *habenas*, juxta illud *Virgilii*

seu pressum aliud *Laxum* b.

*I. Ne-*

---

Æn. I. vers. 63. Nam Metegh *adstrictum cohibet, ne vocalis longa*, pronunciatione ad syllabam acutam properante, *citius elabatur, quam duorum temporum moram absolverit*, *Brevi* autem *vocali* syllabæ simplicis *additum*, tempore refrenationis *tertiam moram* syllabæ necessariam *supplet*. Et hoc *necessarium* dixeris: cui Ebræorum denominatio מַאֲרִיךְ (ex Hiphil formata) proprie competit. Si enim vocalem longam afficit, vocem Ebræam reddere licet *prolongari permittens*; & si brevem, *prolongari faciens*, vi *Interpr. §. 86.* In progressu syllabæ pronuncians ad hoc pedem „ semper figat, nec ad aliam literam huic syl- „ labæ adjiciendam unquam pergat aut decur- „ rat. Haud secus ac equus recte institutus, „ sessore frenum premente, gressum sistit illico. „

(b) *Laxum* docet ita pronunciationem instituendam esse, ut *vocali* (sæpius ob difficultatem sequentis literæ melius superandam), *sufflaminata nonnihil*, cum majori deinceps impetu & quodam quasi *saltu transilias* ad sequentem literam, in ead. syllaba efferendam. Quomodo laxatis habenis, equus fossam accedens, momentanea cunctatione deprehenditur se præparare, ad transiliendum commodius. Et huc trahi possunt Ebræorum חִירוּק & גַּעְיָא: quamvis hoc Synecdochice sumtum, sæpe usurpatum sit de specie præceden-

I. *Metegh adſtrictum*, in ſyllaba ſimplici, *adjicitur vocali* tertiæ [c], vel quartæ [d] ante tonum.

1. *Longæ* ante longam aliam.

2. *Cui*

---

ti: illud vero (.) refrenato proprie competat, quo de membr. II. 1. (α). Quod vero ad *Metegh* hujusmodi nunquam greſſus ſiſti debeat, quaſi per illud, mora aliqua ad vocalem ita ſufflaminatam accedente, ſyllaba abſolvatur, patet 1. Ex dageſch leni literæ ſchvatam ſequenti impreſſo. Vid. II. 1. (β) p. 128. 2. Ex gemino (:) ſine mutatione poſtpoſito. Vid. l. c. ad lit. (s). 3. E natura Gutturalium, quæ ab omni (:) mobili abhorrent penitus. Vid. l. c. num. 1. (α) coll. §. 25. I. 4. Ex ineptitudine (:), quod ad ſyllabam conſtituendam prorſus eſt inhabile. Vid. l. c. num. 2. coll. §. 9. p. 93. 5. E Dageſch forti immediate ſequenti; quod non poteſt non per (:) quieſcens trahi ad vocalem præcedentem. Vid. membr. II. 1. (β) ad (s). (c) Gen. 1. 21. הָֽרֹמֶשֶׂת *reptans* v. 9. וְתֵֽרָאֶה & *videbitur*, 3. f. fut. Niph. v. 21. לְמִֽינֵהֶם *juxta ſpecies ſuas* v. 16. הַכּֽוֹכָבִים *quaſcunque ſtellas* coll. *Interpr.* §. 60. 1. c. 4. 7. תְּֽשׁוּקָתוֹ. *accurſus ejus*, ſcil. fratris Abelis. (d) Gen. 4. 4. וּמֵֽחֶלְבֵהֶן & *de pingvedinibus*, h. e. *pingvis-*

2. *Cuivis ante Schva compositum* vocali e: *Longæ* quidem, ne qua sui parte truncetur f; *brevi* vero; ad tertiam moram supplendam .

3. *Brevi* (*α*) *ante eandem* brevem *ex Schva composito factam* h: aut

(β) Post quam Dagesch characteristicum i aut compensativum

---

*simis eorum*, coll. Inter. *§*. 14. 4. §. 37. (e) Tam longæ, quam brevi; & huic quidem ex absoluta necessitate. Quod, quum omne schva compositum mobile sit, supr. p. 94. præcedens brevis non absolvat syllabam, si absque Metegh. foret. Vid. supr. §. 6. Obs. 2. p. 60.

(f) Gen. 2. 5. הָֽאֲדָמָה *hæc humus*. Vid. ad §. 8. II. (g) Gen. 1. v. 26. נַֽעֲשֶׂה *faciemus*, Gen. 1, 18. אֶֽעֱשֶׂה *faciam*, Gen. 26. 25. אָֽהֳלוֹ *O-holo, tentorium ejus*. Metegh enim huic vocali additum, tum demum longam vocalem denotat, cum (:) simplici præmittitur, supr. §. 8. l. 2. (h) Jud. 9. 28. 38. נַֽעַבְדֶנּוּ *serviemus ipsi*, ex נַֽעֲבֹד *colamus* Exod. 10, 26. Sic ex modo citato אֶֽעֱשֶׂה fit Ezech. 35. 6. אֶֽעֱשֶׂךָ *comparabo te*, coll. §. 39. IV. & I. 2. §. 24. II. Ps. 61. 5. בְּאָֽהָלְךָ *in tentorio tuo*. (i) Ps. 104. 35. הַֽלְלוּ־יָהּ

vum k excidit:

4. *Ante* (:) *simplex* longæ l, vel brevi pro longa alternanti m.

Obs. I. Metegh hoc necessarium sæpe abest, ex sola analogia supplendum n.

2. Ob duplicem causam, duplex subinde Metegh accumulatur in voce eadem o.

3. Pro

---

pro הַלְלוּ Imper. Piel. *laudate Dominum.*

(k) Gen. 1, 24. וְחַיְתוֹ *& vivens*, ex חַיַּת rad. חיי coll. §. 19. & Vid. supr. p. 114. Exod. 4, 19. הַֽמְבַקְשִׁים *quærentes illi*, pro הַמְבַקְשִׁים coll. §. 11. II. Obs. 1. §. 38. 1.

(l) Gen. 1, 2. הָֽיְתָה *fuit*, 3. fœm. sing. præt. Kal. rad. היה coll. §. 48. II. 1. c. 2. 14. הָֽרְבִיעִי *quartus ille* c. 3. 16. תֵּֽלְדִי *paries* 2. fœm. sing. fut. Kal. rad. ילד coll. §. 46. l. 1. Gen. 21, 17. תִּֽירְאִי *timebis*, rad. ירא coll. l. c. Gen. 2. 4. תּֽוֹלְדוֹת *generationes.* c. 1. 18. וְֽלְהַבְדִּיל *& ad dividendum.* (m) Jos. 4, 14. וַֽיִּרְאוּ *& timuerunt*, coll. §. 46. I. 1. §. 7. l. 3. Ex. 23, 31. גְּֽבֻלְךָ *terminus tuus*, pro גְּבוּלְךָ quod legitur Exod. 7, 27. (n) Exempla ubivis obvia sunt. Vid. supr. ad §. 9. I. 4. §. 11. II. Obs. 1. Non tamen illud omitti debet, quod figuræ ( ֽ ) ante (:) simplex additum, determinat vocalem longam. §. 8. I. 2. ob periculum confusionis.

(o) Gen. 12, v. 3. וַאֲבָֽרְכָה מְבָֽרְכֶיךָ

3. Pro Metegh alternat nonnunquam accentus ordinativus p.

II. *Metegh laxum* datur,

I. Ad vocalem brevem, in ſyllaba compoſita,

(*a*) Primæ radicali verborum הָיָה q &

---

& *benedicam benedicentibus tibi.* Vid. ſeqq.

(p) Gen. 12. 2. וַאֲבָרֶכְךָ & *benedicam tibi.* Gen. 1, 14. וּלְמוֹעֲדִים & *inſtatuta tempora.* Gen. 4, 18. Idem nomen proprium *Methuſaël* bis repetitum immediate, modo *Metegh* habet, modo *Munach* מְתוּשָׁאֵל וּמְתוּשָׁאֵל. Ita *pro Metegh laxo* Num. 1. 11. לְבִנְיָמִן ibid. v. 15. לְנַפְתָּלִי. Sed Deut. 16, v. 16. זְכוּרְךָ *maſculus tuus*, Gereſch loco *Metegh preſſi* adhibuit ſervum ſuum Kadma Num. 28. 26. בְּשָׁבֻעֹתֵיכֶם *in ſeptimanis veſtris*, Atnach ſuum ſubdiſtinctivum. De quibus ac ſimilibus Conf. doctrinam *Accentuatoriam.*

(q) Gen. 1, v. 29. יִהְיֶה *erit*, Gen. 2, v. 25. וַיִּהְיוּ & *fuerunt*, Mich. 2, 4. נִהְיָה. Ita ob præfixum, Gen. 4, 8. בִּהְיוֹתָם *in eſſe eos*, ex הֱיוֹת, Gen. 3, 5. וִהְיִיתֶם & *eritis*, ex הֱיִיתֶם coll. §. 24. III. 2. Similiter ad (..) v. gr.

& חָיָה [r] præmissam, perpetuo.

(α) Polysyllaborum, in tertia vel quarta ante tonum, sive natura talium [s], sive propter Makkeph [t].

2. Ad (:) initiale literæ, vel

(β) Difficulter cum sequenti in unam syllabam coalescentis [u], vel

---

Exod. 3, 12. אֶהְיֶה *ero*; & ob præfixum, Gen. 12, 2. וֶהְיֵה *& esto.* (r) Gen. 27, 40. תִּחְיֶה *vives*: ob præfixum, Ez. 33. 12. לִחְיוֹת *vivere.* Ad (:·) 2 Reg. 1, 2. אֶחְיֶה *vivam*: ob præf. Gen. 20, 7. וֶחְיֵה *& vive.*

(s) Jer. 8, 2. הִשְׁתַּחֲווּ *incurvarunt sese*, 3. pl. præt. Hitph. rad. שָׁחָה coll. §. 41. III. 4. not. (α). Exod. 32, 3. וַיִּתְפָּרְקוּ *& abruperunt se*, Gen. 11, v. 8. וַיַּחְדְּלוּ *& cessarunt*, Lev. 6, vers. 3. וּמִכְנְסֵי *& femoralia*, Exod. 23, vers. 13. לְזַרְעֲכֶם *semini vestro*, Gen. 4, v. 5. וַיִּפְּלוּ *& ceciderunt*, rad. נָפַל: Gen. 19, 34. מִמָּחֳרָת *a postero die*, Gen. 22, v. 6. הַמַּאֲכֶלֶת *culter*: Gen. 3, vers. 8. וַיִּשְׁמְעוּ *& audiverunt*, &c. (t) Ex. 32, 8. וַיִּשְׁתַּחֲווּ־לוֹ וַיִּזְבְּחוּ־לוֹ *& incurvarunt se illi, & sacrificarunt eidem.* (u) Quin &

(β) Pronunciatu difficilem attingentis ˣ.

§. 14. *Makkeph* ʸ est lineola transversim communi literarum vertici in fine addita; quæ *vocem affectam*,

I ab-

---

ad unum saltem tempus constituendum. Quia litera per (:) mobile ad sequentem tracta, cum hac coalescit in tempus unum, supr. §. 6. Obs. 1. p. 60. Id quod in certa literarum combinatione videtur propemodum ineluctabile. Vid. *Rav.* Orthogr. Hypom. p. 41. v. g. Thr. 5, 21. וְנָשׁוּבָה & *revertemur*. (x) Ps. 81, 3. שְׂאוּ *proferte*, 2. pl. imper. Kal rad. נָשָׂא: Esth. 9, v. 7. sqq. וְאֵת Ps. 10. v. 8. לְחֵלְכָה *in pauperem*, cum ה Parag. Vid. ad §. 16. I. 1. Obs. 1. lit. (m). Quamvis hoc proprie & primum גַּעְיָא dixerint, quod 84. exempla hujus in Lege occurrant, secundum valorem literarum hac voce comprehensarum: translatum tamen id nominis deinceps fuit ad Metegh quodcunque aliud. (y) Perperam *Makkaph*: quippe quod voci copulatæ competit, non lineæ copulanti. Est enim Partic. Aphel rad. Syr. נְקַף *copulari*: quod in præsenti est מַקֵּף *copulans*: in præterito autem pass. מַקַּף *copulatum*. Vid. §. 41. III.

*abblato tono* z, *ad continuam cum ſequente pronunciationem cupulat* a.

§. 15. Ex litera atque vocali, uno halitu comprehenſis, oritur Syllaba b: quæ vel Simplex eſt, vel Com-

(z) Voces *makkephatæ* habentur pro una: quum igitur vox una non niſi unicum habeat tonum, qui vel in ultima eſt, vel in penultima: neceſſe eſt, omnem, cui *Makkeph* in fine additum eſt, tono deſtitui. *Cicero* in Oratore, *Ipſa* inquit *natura. quaſi modularetur hominum orationem, in omni verbo poſuit acutam vocem, nec una plus.* (a) Si abſque copula foret, Dageſch ſubinde literæ vocis ſequentis initiali impreſſum, nec vim ſuam poſſet exſerere, nec præcedentem vocalem longam corripuiſſe in brevem. Quod ſæpius factum deprehendimus. Præterea quoque ob multitudinem monoſyllaborum, ſyllabas potius numeraret lingua Ebræa, quam voces: & continua ferme foret tonorum colliſio. v. g. Gen. 1. 19. אֶל־מָקוֹם *ad locum*, Gen. 1, 29. אֶת־כָּל־עֵשֶׂב *omnem herbam*, Gen. 25, 5. אֶת־כָּל־אֲשֶׁר־לוֹ i. e. *omne quod ipſi.*

(b) *Sergius* in Donatum: *ἀπὸ τῦ συλλαμβάνειν τὰ γϱάμματα, eo quod complectatur & conglutinet literas?* Priſcianus l. 2. De Syll. *Syllaba* inquit, *eſt, comprehenſio literarum conſe-*

Composita [c].

I. Syllaba *simplex*, quad sonum [d]



*quens sub uno accentu & uno spiritu prolata.* Vel *est vox literalis, quæ suo tono accentu & uno spiritu indistanter profertur.* (c) Quamvis *in quacunque voce tot* sint *syllabæ, quot adsunt vocales*, supr. p. 93. *Vocalis* tamen uti syllabam inchoare non potest, supr. §. 6. & p. 39. ita quoque *sola nunquam eam conficit*; sed combinata literæ. *Syllaba* enim *vt* memoratæ *originis*, nil aliud *denotat*, quam *compositionem, seu comprehensionem plurium*, uno halitu indivisim pronunciandorum. Syllabam nomina, compositionem nominas. Quæ ipsi tam própria est, ut sine ea syllabam concipere perinde sit, ac si quid compositum dixeris, non admissis partis componentibus. Cum vero, hoc non obstante, nihilominus in simplicem dividatur & compositam. Manifestum est, non eam intelligi compositionem, qua combinatur cum vocali; alias compositæ forent omnes: sed *eam* duntaxat, *quæ e diverso oritur tempore*, seu mora *consonantium, ita dispositarum, ut vocalis locum obtineat medium.* (d) Non figuram: nil enim impedit, quo minus simplicem dixeris, in qua vocali postponitur litera quiescens, syllabam terminans. v. gr. Prov. 6, 35. יאבה *volet*, utramque habet simplicem, quamvis utraque

*desinit in vocalem* [e]: siue in qua *ultimum sonat vocalis.*

2. *Composita* vero syllaba *desinit in* sonum *Consonantis* [f]: seu in qua *ultimum sonat litera.*

§. 16. *Tonum vox vel in ultima habet,* ac dicitur milra; *vel in Penultima*, quæ vocatur Millel. Sed in Antepenultima nunquam.

I. *Vltimam* Syllabam *acuit*

1. *Vocalis longa ultimæ* vel

(α) *Compositæ* [g], vel

(β)

---

in literam quiescentem desinat, quia neutra sonat. Ita etiam Gen. 1, v. 1. in בְּרֵאשִׁית *in principio*, prior simplex est, quamvis tres in ea concurrant literæ: prima enim cum sequente non nisi unam temporis moram conficit, p. 60. & tertia prorsus non sonat.

(e) Gen. 1, 2. תֹהוּ *vastitas*, utraque est simplex. (f) Gen. 1, v. 1. אֵת v. 2. תְּהֹם *abyssus*, Gen. 9, 27. יַפְתְּ *alliciet.*

(g) Quia longa non potuisset consistere, nisi adesset tonus. Conf. §. 6. Obs. 2. & §. 18. e. g. Gen. 1, 4. וַיַּבְדֵּל *vai-jabb del, & discriminavit*: Gen. 1, vers. 9. אֶל־מָקוֹם אֶחָד *el-ma-kom, e-bhad*, ad locum unum: Ibid. vers. 7. הָרָקִיעַ *ba-ra-kia*, expansum illud:

(β) *In* א & ה quiesc. *exeuntis* ה.

Obs. in Penultima tamen tonum habet vox *terminata in* ה

1. *Paragogicum* [i], aut *Locale* [k]: nisi litera in Verbis ultimam radicalem præcedens Schvata sit [l], aut in Nominibus (:) præcedat geminum [m].



Gen. 7, 7. הַמַּבּוּל *bam-mab-bul*, diluvium illud, rad. נָבַל. (h) Gen. 1, 1. בָּרָא *ba-ra*, creavit: vers. 9. הַיַּבָּשָׁה *hai-iab-ba-scha*, aliquod aridum: vers. 11. תַּדְשֵׁא *tadh-sche*, herbascet: vers. 10. וּלְמִקְוֵה *U-lemik-ve*, & confluxus &c.

(i) Gen. 6, 4. הֵמָּה ex הֵם *illi*: Gen. 11, 4. הָבָה *da*, 2. masc. sing. Imper. Kal. rad. יהב coll. §. 46. II. §. 22. IV. Obs. 1. (δ). c. 6. 16. מִלְמַעְלָה *inde ad superius*. Vid. *Intr*. §. 154.

(k) Vid. *Intr*. §. 192. Gen. 13, 14. צָפֹנָה וָנֶגְבָּה וָקֵדְמָה וָיָמָּה *za-pho-na*, *va-negh-ba*, *va-kedh-ma*, *va-jam-ma*, i. e. versus Septentrionem & ad meridiem, atque versus orientem ac mare seu occidentem. (l) Gen. 11, 7. נֵרְדָה *ne-redha*, descendemus, 1. pl. fut. Kal. rad. ירד coll. §. 46. I. 1. §. 54. I. 1. v. 3. נִלְבְּנָה *nil-bena*, lateres faciemus.

(m) Deut. 4, 41. מִזְרְחָה *mis-rehha*, ad ortum. Et ita si alterum (:) in litera dages-

2. *Intendendi* [n].

3. *Afformativum Hiphil*, extra verba ultimi ה quiescentis [o].

4. *Afformativum Levium in Geminantibus* [p], *aut Quiescentibus* [q] *Ajin*; extra Participia. Nec non

5. Suffixum, vel tertiæ sing. fœm. Præteritorum additum [r], vel compositum

schanda latitet, Pf. 10, 8. לְחֵלְכָה *lebbele-cha*, in pauperem, formæ אֵלֶּם & חֵרֵשׁ. Sed secus Gen. 1, 5. לָיְלָה *nox.* (n) Vid. *Intr.* §. 192. 3. Pf. 3, 3. יְשׁוּעָתָה *omnimoda salus.* Exod. 15, 16. אֵימָתָה *terror maximus.*

(o) Jud. 7, 2. הוֹשִׁיעָה *ho-schi a*, servavit, salutem contulit, sc. יָדִי manus mea; quod fœmininum, §. 31. II. Exc. 1. (β). *Sola verba* ל"ה *tonum dimittunt ad ultimam.* Quapropter etiam vocalis præcedens corripitur, juxta normam §. 22. I. Obs. 2. (p) Exod. 26, 2 נָסַבָּה *circumducta est*: tam ( ) literæ ב, quam (..) indicant, tonum esse in penultima. Sed 2. Chr. 10, 15. נְסִבָּה *devoluta*, es wår verhångt worden, rad. סבב coll. §. 18. 19. 21. (q) Deut. 32, v. 27. רָמָה *extulit sese*, Præt. Sed Exod. 14, 8. רָמָה *excelsa*, part. Kal. rad. רוּם. (r) 1. Sam. 1, 6. וְכִעֲסַתָּה

tum ex נ Epenthetico [s].

2. Vocalis *brevis ultimæ ſimplicis* [t], non Paragogicæ [u].

II. *Penultimam* e contra *acuit.*

1. *Vocalis longa ultimæ ſimplicis* [x].



*& ad indignationem movit eam*, ex Piel, coll. §. 39. IV. Obſ. 2. & 4. Vid. Intr. §. 84. 2. (s) Gen. 3, 17. תֹּאכֲלֶנָּה *comedes eam*, 2. fut. Kal. rad. אכל coll. §. 46. Obſ. 1. (t) Non producta nim. per ſequentem matrem lectionis. Quo caſu, niſi tonus moram temporis deficientem ſuppleret, (§. 6. Obſ. 2. p. 61.) vocalis brevis non ſufficeret conſtituendæ ſyllabæ. v.g. Gen. 4, 20. מִקְנֶה *res pecuaria*, c. 3. 1. הַשָּׂדֶה *hic ager*, cap. 1, 9. וְתֵרָאֶה *& videbitur*, cap. 30, 36. רֹעֶה *paſcens.* Et ita etiam cum ſervili ה v. g. Gen. 30, 37. לִבְנֶה *populus*, arbor. Non vero ſi ultima א fuerit, quæ brevem videtur producere. Vid. infr. II 2.

(u) in qua enim ( ֶ ) pro ( ַ ) alternat, obſervatur ſupr. 1. Obſ. 1. Vid. etiam II. 2. Obſ.

(x) Gen. 1, verſ. 2. תֹּהוּ *vaſtitas*: Gen. 13, verſ. 12. לְמִינֵהוּ *lemi-ne-hu*, ſecundum ſpeciem ſuam: Gen. 2, verſ. 17. מִמֶּנּוּ *mimmen-nu*, de eo: Dan. 9, verſ. 6. שָׁמַעְנוּ אֶל־עֲבָדֶיךָ *Scha-ma-nu, el Ava-dhe-cha*, attendimus ad ſervos tuos: ibid. שָׂרֵינוּ *Sa-*

---

Obſ. *Vltimam* tamen *acuunt* Servilia Aſyllabica, ֵי —— u, ִי —— x, וֹ —— y, ו —— z, atque Syllabicum ךְ —— a:

---

*ré-nu*, principes noſtri. Gen. 9, v. 26. לָמוֹ *la-mo*, ei: cap. 6. 7. נִחַמְתִּי *ni-hham-ti*, pœnitet me; cap. 3. 13. הִשִּׁיאַנִי *biſch-ſchiáni*, decepit me: Gen. 3, 11. אָכָלְתָּ *a-chal-ta*, comediſti: cap. 2. 22. וַיְבִאֶהָ *Va-jebbi-e-ha*, & venire fecit eam, 3. m. ſing. fut. Hiph. rad. בּוא coll. §. 47. I. §. 7. I. 3. §. 11. II. Obſ. 1. (u) Gen. 9, v. 26. אֱלֹהֵי שֵׁם *Deus Semi*, ex pl. אֱלֹהִים: Jeſ. 26, verſ. 6. רַגְלֵי עָנִי פַּעֲמֵי דַלִּים *pedes afflicti*, & *greſſus tenuium*, ex Dual. רַגְלַיִם & pl. פְּעָמִים. Et ita ad formam horum לוּלֵי *niſi* Gen. 31, 42. &c. (x) Gen. 4, v. 9. אָחִי *frater meus*, Jud. 5, 14. מִנִּי *a me*, ex מִן coll. §. 20. Obſ. 3. Pſ. 113, v. 8. לְהוֹשִׁיבִי *ad ſedere faciendum me*: Gen. 1, verſ. 8. שֵׁנִי *ſecundus*. Ita in Verbis, Zeph. 3, v. 4. שִׂמְחִי *lætare*: Gen. 3, 16. תֵּלְדִי *te-ledhi*, paries, 2. ſing. fœm. fut. Kal. rad. ילד coll. §. 46. I. 1.

(y) Gen. 2, 18. לְבַדּוֹ *leb[illegible]ad-do*, in ſolitudine ejus: Jeſ. 56, v. 9. חַיְתוֹ שָׂדָי *hhaietbo*, vivens agrorum, cum וֹ Parag. Vid. p. 114. coll. §. 33. VII. 2. (z) Jeſ. 1, 14.

ךָ — [a]: præter *Affirmativa, in Hiphil* [b], *ac* omnibus *Levibus* Conjug. *Geminan-*



הָיוּ *ha-ju*, fuerunt: Deut. 11, v. 21. וַיִּרְבּוּ *jir-bu*, multiplicabantur: Mal. 3, v. 15. נִבְנוּ *nibb-nu*, ædificati sunt; כִּלּוּ *kil-lu*, perfecerunt: Gen. 2, 1. וַיְכֻלּוּ *Va-iechul-lu*, & consummati sunt: 1. Chr. 4, vers. 27. הִרְבּוּ *hir-bu*, multiplicarunt: 1. Chr. 9, 1. הָגְלוּ *hogh-lu*, in exilium abducti sunt. Omnia ex quiescentibus tertia diversarum Conjugationum, formata vi §. 48. II. 1. Sed & in Perfectis tonus est in ultima, v. g. Jes. 1, 17. לִמְדוּ *lim-dhu*, discite: Gen. 3, 7. וַיִּתְפְּרוּ *vai-jith-peru*, & consuerunt vel applicuerunt, ex Kal. Gen. 3, 5. וְנִפְקְחוּ *venipb-kebbu*, & aperti sunt, ex Niphal &c.

(a) Gen. 3, v. 10. קֹלְךָ *ko-lecha*, vox tua: cap. 17. 5. שִׁמְךָ *schim-cha*, nomen tuum: cap. 2. 17. אֲכָלְךָ *achol-cha*, comedere te. Sed si vocalis suffixo ךָ præmittatur, vox penacuta est. Vid. p. 135. ad lit. (x).

(b) Gen. 24, 23. הַגִּידִי *hag-gi-di*, indica: Jos. 2, v. 20. תַּגִּידִי *tag-gi-di*, indicabis: 2. Sam. 29, 9. הִגִּידוּ *hig-gi-du*, indicarunt: Gen. 24, v. 49. הַגִּידוּ *indicate*, Jos. 2, v. 14. תַּגִּידוּ *indicabitis*, Deut. 17, 10. יַגִּידוּ *indica-*

*tium* [c], *aut Quiescentium* [d] *Ajin*: ubi *penacuta manent.*

2. Vocalis *Brevis ultimæ compositæ* [e], aut exeuntis in א [f],

Obſ. *Vltimam* tamen *compoſitam acuit Brevis vocalis*, ſi ſint in ea

1. Tres Conſonæ [g].

2. (:)

---

*bunt*, rad. נגר coll. §. 44. I. (c) Thr. 2, 19. רֹנִּי *exulta*, Jeſ. 44, 23. רָנּוּ *cantate*, cap. 24, 14. יָרֹנּוּ *cantabunt*, ex Kal. rad. רנן. Gen. 19, 4. נָסַבּוּ *circumacti ſunt*, Ezech. 1, 9. 12, 17. יִסַּבּוּ *vertent ſeſe*, ex Niphal, rad. סבב. 1 Sam. 5, 9. 10. הֵסַבּוּ *circumduxerunt*, Cant. 6, 4. הָסֵבִּי *averte*, ex Hiphil. Mich. 1, v. 7. יֻכַּתּוּ *contundentur*, ex Hophal, rad. כתת coll. §. 45. I. §. 20. Obſ. 3. *β*.

(d) Gen. 16, 9. שׁוּבִי *redi*, cap. 43, 13. שׁוּבוּ *revertimini*, Joſ. 23, 12. תָּשׁוּבוּ *revertemini*, ex Kal. Nehem. 5, 11. הָשִׁיבוּ *reſtituite*, 1 Reg. 2, 16. תָּשִׁבִי *reverti facies*, ex Hiph. &c.

(e) Gen. 1, 5. בֹּקֶר *mane*, עֶרֶב *veſpera*.

(f) Gen. 1, 11. דֶּשֶׁא *herba tenera*: videtur א, quia mater eſt lectionis, fulcire vocalem præcedentem; quæ alioquin ſyllabam non conficeret. (g) Jud. 17, v. 2. אָמַרְתְּ

2. ( ̤ ) ante ם [h] & ן [i] Servilia.

3. Alternatio brevis pro longa [k].

4. ( ַ ) ante tertiam radicalem [l] Verborum.

5. Ter-

---

*dixisti*, 1 Reg. 14, 3. ולקחת *& accipies*, coll. §. 9. II. Obs. 2. Ezech. 16, v. 33. נתת *dedisti*, rad. נתן coll. §. 44. Obs. 1. Gen. 1, 4. וירא *& vidit*, 3. m. sing. f. Kal. apocop. rad. ראה coll. §. 57. I. 2. Obs. 4. Sed אחת *una*, ideo tonum in ultima habet, quia est pro אחדה Vid. supr. p. 62. & conf. infra Obs. 6.

(h) Gen. 42, 22. שמעתם *audivistis*: Gen. 3, 5. עיניכם *oculi vestri*: Gen. 37, 25. עיניהם *oculi eorum*. (i) Exod. 1, v. 16. וראיתן *& videbitis*, 2. pl. f. præt. Kal. rad. ראה coll. §. 48. II. 2. Esth. 1, 17. בעיניהן *in oculis ipsarum*. Gen. 31, 5. אביכן *pater vester*, F. ex אב coll. §. 39. I. II. 4. (k) Hos. 9, v. 1. תשמח pro תשמוח *lætaberis*, coll. §. 41. III. 3. (l) Exod. 12, v. 27. פסח *transiit*, Num. 31, 49. נפקד *desideratus est*. Deut. 21. 3. עבד *servitum fuit, servitus vel cultura facta est*. Dan. 8, 11. השלך *abjectus est*. Et ita in Imperfectis, v. g. 2. Reg. 3, 18. ונקל *& leve visum est*, Niph. rad. קלל: Jes. 11, 8. ושעשע

5. Terminatio ִי [m].

6. Vocalis ob statum Constructum brevis [n].

7. Si vox, ab initio per Præfixum aucta, absolute fuerit monosyllabica [o].

8. Ex quatuor constet radicalibus [p].

III. *De sede* jam *constituta*, ob novum emergens, *tonus translocatur* varie. Sæpe enim

(α) *Ex ultima* tonus *retrabitur ad penultimam*, scil.

1. Ob ו Conversivum futuri [q].

2. Ob

---

*& demulcebit* ex שָׁעָה Job. 33, v. 25. רֻטֲפַשׁ *mollitur* &c. in quibus, & aliis ad §. 41. III. 5. indicatis, secunda litera vicem obtinet Dagesch fortis, & consequenter ultima litera vicem tertiæ radicalis. (m) Gen. 4, 10. אֵלַי *ad me*, Gen. 27, 12. אוּלַי *fortassis*.

(n) Gen. 16, 8. שִׁפְחַת *ancilla*, ex שִׁפְחָה Gen. 21, 15. אַחַד *unus*, ex אֶחָד formæ חֲכַם coll. §. 26. 12. Vid. supra p. 62.

(o) Gen. 1, 7. מֵעַל *a parte superiori*. ex עַל de quo Vid. *Intr.* §. 132. p. 135. sqq. (p) Num. 35, vers. 16. בַּרְזֶל *ferrum*: Jes. 32. 15. כַּרְמֶל *arvum*. Sed בְּדֹלַח Gen. 2, 12. tonum habet in penultima. (q) Gen. 4, 16. וַיֵּצֵא *& egressus est*, rad. יָצָא coll. §. 46. I. 1.

2. Ob accentum Dominum [r].

3. Ob particulam אַל præcedentem [s].

4. Ob tonum immediate ſequentem [t]. atque

5. Ob Dageſch euphonicum, literæ מ vocis לָמָּה inditum [u]. Et

---

tonus juxta ſuperius I. 1. β. dicta foret in ultima, ut eſt in יֵצֵא Gen. 15, 4. &c. *prodibit*. Jer. 10. 13. וַיּוֹצֵא רוּחַ *& produxit ventum*. Sed in hoc retractus videtur potius e num. 4. Nam, extra hunc caſum in Hiphil hujus verbi manet, v. g. Gen. 15, v. 5. וַיּוֹצֵא אֹתוֹ *& eduxit eum*. &c. Quapropter etiam Num. 17, 23. pro diverſo reſpectu retractus & ſervatus apparet, verbis וַיֹּצֵא פֶרַח וַיָּצֵץ צִיץ *& produxit gemmam, ac emiſit florem*. Vid. etiam § 50. III. Obſ. 2. ϵ. (r) Gen. 6, v. 12. נִשְׁחָתָה *corrupta fuerat*, ex נִשְׁחֲתָה coll. §. 27. 4.

(s) Deut. 2, 9. אַל תָּצַר *ne anguſtia afficias, hoſtiliter tractes*, 2. ſing. fut. Kal. rad. צוּר coll. §. 41. III. 3. (t) Ad vitandam colliſionem tonorum: quo, modulatione quadam inſtituta, jucundior reddatur oratio. E. g. Gen. 4, 6. חָרָה לָךְ *exarſit ira tibi*: Gen. 1, verſ. 5. קָרָא לָיְלָה *vocavit noctem*: utrinque prima forma radicis eſt, quæ alias tonum habet in ultima. (u) Alioquin (ָ) ſub ל non poſſet ſubſiſtere, §. 18. Sed in (ַ) correptum, ſpeciem præberet extruſi articuli, ex §. 56. I. 1.

Et vice versa

(β) Ex *penultima tonus dimittitur ad Vltimam.*

1. Ob ו conversivum Præteritorum[x].

2. Ob accentum ministrum, vel distinctionis minoris, in אַתָּה, אָנֹכִי ac עַתָּה[y].

3. Extra hujusmodi casus, in Afformativis י, ו & ה Quiescentium ac Geminantium Ajin[z], potissimum tono immediate præcedente, initio versuum.

CAP.

qui in interrogativo non invenit locum. Vid. Gen. 4, 6. לָמָּה חָרָה לָךְ וְלָמָּה נָפְלוּ פָנֶיךָ׃ *ad quid exarsit ira tibi? & ad quid prociderunt vultus tui?* (x) Vid. §. 50. III. Obs. 2. (α).

(y) Exod. 20, 2. אָנֹכִי *ego*. Gen. 27, 5. אַתָּה tu. c. 3. 22. וְעַתָּה *igitur nunc*. Conjunctim extant Jos. 1, 2. וְעַתָּה קוּם עֲבֹר אֶת־הַיַּרְדֵּן הַזֶּה אַתָּה וְכָל־הָעָם הַזֶּה אֶל־הָאָרֶץ אֲשֶׁר אָנֹכִי נֹתֵן לָהֶם NVNC *igitur surge, transi Jordanem hunc*, TV *& totus hic populus in terram istam, quam* EGO *do vobis*. (z) Jud. 5, 12. עוּרִי עוּרִי *evigila, evigila*. Vbi Masora, tanquam extraordinarium, annotat מלרע i. e. *tonum fore in ultima*. Jer. 7, 29. גֹּזִּי *tonde*: Thr. 4, 18. צָדוּ *venati sunt*: Ps. 55, 22. רַכּוּ *tenera sunt*: Jes. 37, 22. בָּזָה *contemnit*, præt. ob sequens לָעֲגָה *subsannat*.

# CAP. II.

## De PERMVTATIONE a PVNCTORVM.

§. 17. **H**ypothes. I. *Quoties*, ſine tono aut metegh, *vocalis longa fuerit in ſyllaba compoſita* [b], *aut brevis in ſimplici* [c], *toties mutantur* [a],

II.

(a) *Cauſa* genuina *permutandorum punctorum, eſt toni* cum incremento vocis mutatio. Cæterum cogniturus, an in voce vocalis mutanda ſit, nec ne; ſubſidio utatur duarum priorum Hypotheſium. Qui vero de modo, *unam mutandi in alteram*, eſt ſolicitus, ſublevatur hypotheſi tertia. In illis fundata eſt quæſtio *an* mutari quid debeat; in hac *quomodo*? (b) Plura enim tempora in una concurrerent ſyllaba quam uno halitu comprehendi poſſent commode. Vid. ſupr. §. 6. Obſ. 1. & 2. p. 59. ſqq. (c) Quia non ſufficeret conſtituendæ ſyllabæ perfectæ. Vid. l. c. (d) Ex hypoth. l. fluit §. 18. 19. 20.

II. *Tono*, per incrementum finale *e sede pristina moto, danda est opera* [e], *ut pauciores fiant syllabæ* [f].

III. Indicium primæ Originis, in sono, quantum fieri potest, indicetur [g]

*Can-*

23. & quoad breves vocales §. 21. & 22. IV. Esecunda vero §. 21. & §. 22. quantum ad vocales longas. Tertia autem inprimis dirigit §. 24. & 25. (e) Quia ob simplicitatem linguæ, quod omnium sit primigenia, parum delectatur vocicus polysyllabicis. Experientia quoque quotidiana in quacunque docet lingua, quod, quo longius quælibet vocalis a tono distat, eo pronuncietur correptius. Cum enim pronuncians continuo proclivis sit, & concitatus in syllabam tono adfectam: acceleratio ista prohibet, quo minus vocali longæ longius a tono remotæ decens impendatur mora.

(f) Id quod aliter fieri non potest, nisi plures literæ, interveniente schva, ad unam referantur syllabam. (g) Vt plurimum, in concursu schvaim, attendunt ad originem prioris, in vocalem elevandi: raro tamen ob-

*Cautela* 1. Quando in voce non solæ vocales mutandæ sunt, sed & literæ; *a literis sit initium* h.

K 2. Quan-

servatur origo ejus, propter quod mutatio instituitur, ut videre est §. 24. I. 4. §. 45. l. 3. (α) in Kal. & Niphal. it. §. 57. I. 2.) v. gr. Gen. 2, 2. מְלַאכְתּוֹ *opus suum*, ex מְלָאכָה quod pro מְלַאכְתּ׃ Gen. 36, v. 6. בְּהֶמְתּוֹ ex בְּהֵמַת pro בְּהֵמָה *jumentum*: Gen. 17, v. 8. גְּבִרְתִּי *hera mea*, ex גְּבֶרֶת, quod pro גְּבִירָה 1 Reg. 11, 19. coll. §. 39. II. 3. Vid. plura ad §. 24, I. (h) Quia vocalis non tantum tota est propter literam §. 6. p. 36. sqq. sed & ad literam accommodanda, §. 6. Obs. 3. Frustra igitur de vocali quis occuparetur, si deinceps, litera vel abjecta, nihil prorsus sit, quod vocali opus habeat; vel in aliam literam mutata, mox nova ac talis eligenda veniat vocalis, quæ conveniat literæ recens constitutæ. Si v. g. ad צְדָקָה *justitia*, apposita terminatione plurali, statim puncta mutes, corriperes (ָ) sub ד in (ְ) juxta §. 21. quod tamen, ה prius abjecto, secundum §. 33. Not. 1. manet: ut Ps. 11, 17. צְדָקוֹת *justitiæ*. Si eandem apponas voci בָּנָה *filia* (pro qua dicitur בַּת coll. §. 56. l. 2), litera primum sublata, evadet בָּנוֹת Gen. 19, 8. sed, vocalibus prius corre-

2. Quando litera traditur abjicienda, *cum ea simul perit punctum* i (si adfuerit) *præcedens* k: in cujus lo-

---

II. *In ultima* 1. ( _ ) Ebræorum quandoque [d], ( * Chaldæorum

 rum

מְאוֹת nongenti. (z) Gen. 37, verſ. 2. שְׁבַע עֶשְׂרֵה *ſeptendecim.* (a) Gen. 17, v. 23. בֵּית אַבְרָהָם *domus Abrahami*: * *Chald.* Eſr. 5, verſ. 2. 13. 14. 16. ſqq. בֵּית אֱלָהָא *domus Dei* &c. ex בַּיִת *domus.*

(b) Fundamentum hujus cognoſcetur ex coll. ſupr. ad (c) dictorum, cum §. 21. Obſ. IV.

(d) Dan. 4, 31. שָׁלְטַן עָלַם *dominatus æternitatis* ſeu æternus, coll. *Interpr.* § 26 ex שָׁלְטָן ibidem. De פַּחַת tamen, quod Fœmininorum formationem ſequitur, Vid. infr. II. 1. p. 310. (d) Ex כּוֹכָב *ſtella*, Num. 24, 17. eſt Amos 5. 26. כּוֹכַב אֱלֹהֵיכֶם *ſtella Deorum veſtrorum*: Gen. 21, 22. שַׂר צְבָאוֹ *Princeps exercitus ipſius*; ex שַׂר Hoſ. 3, 4. rad. שׂוּר *principatum agere, de principatu*

rum vero ante ה vel א e); *item*

β. (··) ante quod (ָ) mutabile f, aut schva quiescens Nominum per מ Auctorum g, præcesserit, *corripiuntur in* (-).

Obs.

---

*contendere*, Prov. 8, 16. (e) * Ex מִלָּה *verbum* Dan. 2, 9. fit vers. 10. מִלַּת: ex פֶּחָה (formæ גְּגַב coll. §. 29. XII.) *Dux, princeps*, Esr. 5, 14. fit vers. 3 פַּחַת coll. §. 17. Caut. 7. Vid. supra I. Obs. 4. (f) Gen. 24, v. 2. זְקַן בֵּיתוֹ *senior domus suæ*, ex זָקֵן Gen. 19, 4. Contra Deut. 33, 29. מָגֵן עֶזְרֶךָ *clypeus auxilii tui*: coll. §. 21. Obs. I. (g) Sive ex Kal formata sint, sive ex Hiphil: ita tamen, ut in statu Constructo (.) ferme sub מ ament, etiam ea quæ in absoluto habuerant (-). v. g. Jer. 6. 26 מִסְפַּר תַּמְרוּרִים *planctus amaritudinum*, seu amarissimus: ex מִסְפָּר Gen. 50, 10. it. Exod. 20, v. 25. מִזְבַּח אֲבָנִים *altare lapidum*: ex מִזְבֵּחַ Gen. 8, 20. Atque ita Ezech. 25, 5. לְמִרְבַּץ צֹאן *in cubile gregis*, ex מַרְבֵּץ quod Zeph. 2, 15. occurrit. it. Hos. 13, 13. בְּמִשְׁבַּר בָּנִים *in vulva fœtuum*: ex מִשְׁבָּר 2 Reg. 19, v. 3. *os matricis*. Jes. 3, 1. מִשְׁעַן לֶחֶם *scipio panis*, ex מִשְׁעָן ibid. (nisi sit ex מִשְׁעַן 2 Sam. 22, 19.). Jes.

Obs. 1. Si א sequatur [h], vel in Nominibus nudis Schva primitivum præcesserit [i], tam ( ָ ) quam ( ·· ) manent.

2. אוּלָם [k], מַתָּן [l], & יָם [m] non construntur.



52, 14. מִשְׁחַת *corruptio*, ex מִשְׁחָתוֹ Ezech. 9, 1. *perditio ejus*: Prov. 8, v. 6. מִפְתַּח שְׂפָתַי *apertio labiorum meorum.* Sed tamen Jes. 22, v. 22. מַפְתֵּחַ בֵּית דָּוִד *clavis domus Davidis.* Lev. 27, 30. מַעְשַׂר הָאָרֶץ *decimæ terræ*, ex מַעֲשֵׂר Gen. 14, 20. Et ita Gen. 30, v. 37. מַקַּל לִבְנֶה *virga populea.* ex מַקֵּל de quo Vid. §. 29. I. β. XXVI. p. 270. unde tamen dicitur Ezech. 39, 9. וּבְמַקֵּל יָד & *baculo manus.* Atque huc referas אַחַר *tergum*, unde dicitur אַחַר *post* &c. Vid. supr. §. 29. I. β. XVI. 4. XXX. 4. p. 270. & 273. *Int.* §. 164. II. p. 225. Sed alio (:) præeunte manet: ut Lev. 16, 4. אַבְנֵט בַּד *balteus lini*: Cant. 4, 13. פַּרְדֵּס רִמֹּנִים *hortus malogranatorum* &c. (h) Deut. 4, 19. כָּל צְבָא הַשָּׁמַיִם *omnis exercitus cœlorum*: Jer. 6, 11. מְלֵא יָמִים *repletus diebus*, i. e. decrepitus.

(i) Esth. 4, 8. כְּתָב־הַדָּת *scriptum edicti*: Gen. 21, 25. בְּאֵר הַמַּיִם *puteus aquarum.*

(k) Ez. 40, v. 7. אוּלָם הַשַּׁעַר *vestibulum portæ.* (l) Prov. 18, 16. מַתָּן אָדָם *donum hominis.* (m) Gen. 14, 3. יָם הַמֶּלַח *mare salis*, vel salsum.

ſtructum cum סוּף [n], ac plerumque עָב [o] ( ָ ) ſuum retinent. Sed
(β) הֶבֶל [p], חָלָב [q] & לָבָן [r] mutant ( ָ ) ultimum in ( ֵ ). Ita

3. אָבֵל [s], חָמֵשׁ [t], יָוֵן [u] ac עָקֵב [x], ( ֵ ) ſuum retinent. Sed

4. Nomina יָרֵחַ [y], יָרֵךְ [z], כָּתֵף [a], צֵלָע [b], עָוֶל [c] &c. pro vocalibus longis Sta-

(n) Num. 13, v. 18. יַם סוּף *mare algoſum.* (o) Jeſ. 18, 4. כְּעָב טַל *ut denſitas roris:* Sed Exod. 19, 9. בְּעַב הֶעָנָן *in denſitate nubis.* (p) Eccl. 1, 2. הֲבֵל הֲבָלִים *vanitas vanitatum.* (q) Exod. 23, 19. בַּחֲלֵב אִמּוֹ *cum lacte matris ſuæ.* (r) Gen 49, v. 12. וּלְבֶן־שִׁנַּיִם *& candidus dentes.* coll. §. 14 18. (s) Pſ. 35, 14. כַּאֲבֶל־אֵם *ut lugens matrem:* Num. 33, 49. אָבֵל הַשִּׁטִּים *planicies ſittim;* retento etiam ( ָ ). (t) Gen. 5, 19. חֲמֵשׁ עֶשְׂרֵה שָׁנָה *quindecim anni.* (u) Pſ. 69, 3. בִּיוֵן מְצוּלָה *in lutum* ſeu limum *voraginis*, i. e. *profundum.* (x) Gen. 25. 26. בַּעֲקֵב עֵשָׂו *in calce Eſavi.* (y) Deut. 21, 13. יֶרַח יָמִים coll. §. 26. IX. *menſis dierum.* i. e. integer, coll. *Interpr.* §. 224. (z) Gen. 24, verſ. 9 יֶרֶךְ אַבְרָהָם *femur Abrahami.*

(a) Num. 34, 11. עַל כֶּתֶף יָם *juxta litus maris.* (b) Exod. 26, 26. צֶלַע־הַמִּשְׁכָּן *latus tabernaculi*, coll. §. 26. IX. (c) Ez. 28.

Status absoluti, in Constructo amant (∵).

5. In Vocibus דֵּי [d], גֵּיא [e], vel גֵּיא, ac in חֵי de creaturis in formula jurandi usurpato [f], vocalis brevis mutatur in (‥).

2. (∵) ante ה mutatur in (‥) [g]. at (β) (∵) sub ו Nominis orti ex quiescenti (actu) secunda, in (:) corripitur [h].

3. ה [i],



---

v. 18: בְּעֹול רְכֻלָּתְךָ *in perversitate mercatura tua*: juxta *R. Sal b. Melech* ad l. c. Alii vero Codices legunt בְּעֵוֶל. (d) Jes. 40, vers. 16. דֵּי עֹולָה *sufficientia holocausti.*

(e) 2 Reg. 14, 7. בְּגֵי הַמֶּלַח *in valle salis.*

(f) Gen. 42, 15. חֵי פַרְעֹה *vita Pharaonis.* Sed de Deo vero 1 Reg. 1, 29. חַי יְהוָה *vita Domini! per vitam Domini! quam certe vivit Dominus* &c. modo hoc non sit 3. masc. sing. præt. Kal. (g) Gen. 4, 2. רֹעֵה צֹאן *pastor gregis*, ex רֹעֶה. (h) Et hinc amplius, coll. §. 24. I. Obs. 2. Exod. 14, vers. 23. תֹּוךְ הַיָּם *medium maris*. Vid. supr. l. 1. p. 306.

(i) 2 Sam. 22 31. אִמְרַת יְהוָה *sermo Domini*, ex אִמְרָה unde Gen. 4, v. 23. אִמְרָתִי *sermo meus.* Nimirum altera externa Generis fœm. nota assumitur, quum ה in media

א [k], atque ן [l] terminationes fœmininæ, mutantur in ת.

4. In Terminationibus ים . — [m], (* *Ch.* ין — [n]) atque ַיִם [o], (* *Ch.* ַיִן — [p]) Pluralis ac Dualis numeri, ultima litera abjicitur [q], & præcedens י quiescit in (..) [r].

Obs.

quasi (ob dicta supr. ad p. 306. (c).) voce constitutum non possit quiescere. Conf. infr. ad §. 39. I. Obs. 2. * *Ch.* Dan. 2, vers. 10. מִלַּת *verbum*, ex מִלָּה. (k) Dan. 3, vers. 14. עֲבִידַת מְדִינַת בָּבֶל *opus civitatis Babel*, ex עֲבִידְתָא & מְדִינָא. (l) Ex אֶצְבְּעָן *digiti*, Dan. 5, 5. fit cap. 2. 42. אֶצְבְּעָת רַגְלַיָּא *digiti pedum.* (m) Gen. 12, 15. שָׂרֵי פַרְעֹה *Principes Pharaonis*, ex שָׂרִים principes.

* (n) Dan. 2, v. 12. חַכִּימֵי בָבֶל *sapientes Babyloniæ*, ex חַכִּימִין cap. 2. 26. (o) Gen. 1, 16. שְׁנֵי הַמְּאֹרֹת *dualitas luminarium istorum*, vel duo illa luminaria; ex שְׁנַיִם *duo*. * (p) ex יְדַיִן *duæ manus*, Dan. 2, vers. 34. est יְדֵי passim.

(q) Ob faciliorem cum sequenti connexionem: cum altera pluralitatis nota, scil. י sufficiat ad indicandum pluralem. Sed si in terminatione plur. fœm. abjiceres ת, nota periret & Generis & Numeri simul. (r) Vt so-

Obſ. שְׁנַיִם[s], atque שְׁתַּיִם[t], cum voce *Decem* ſignificante conſtructa, ם plerumque retinent, utut præcedens י nihilominus in (··) quieſcat.

III. * Ch. *Emphaticus* ſtatus Nomini in ſtatum conſtructum flexo, adjicit in fine אָ —[u]; ac in terminatione

---

cernatur a י Suffixi. (s) Gen. 17, v. 20. שְׁנֵים עָשָׂר נְשִׂיאִם *duodecim Principes.* Sed Joſ. 3, 12. שְׁנֵי עָשָׂר אִישׁ *duodecim viri.*

(t) Gen. 14, v. 4. שְׁתֵּים עֶשְׂרֵה שָׁנָה *duodecim anni*: ſed Ezech. 32, v. 1. בִּשְׁתֵּי עֶשְׂרֵה שָׁנָה *duodecimo anno*, coll. *Interpr.* §. 7. I. 1. * Ad imitationem articuli ה Ebræorum, quem multi, denominatione a particulari facta vocant ה *emphaticum.* Quod enim hic Ebræi ab initio præfigunt, vi §. 38. I. id Chaldæi ac Syri, nec non Samaritani adjiciunt in fine. (u) Dan. 2, 4. מַלְכָּא *Rex iſte*, ex מֶלֶךְ vel מְלַךְ *rex.* Fœm. Dan. 2, 5. מִלְּתָה *res iſta.* ex מִלַּת verſ. 10. quod ex abſ. מִלָּה verſ. 9, 10. *verbum, res.* Ita Dan. 2, 10. יַבֶּשְׁתָּא *aridum hoc*, ex יַבֶּשֶׁת verſ. 20. חָכְמְתָא *ſapientia illa*, ex חָכְמַת, abſoluti חָכְמָה *ſapientia.* Fœm. plurale Dan. 2, 41. אֶצְבְּעָתָא *digiti illi*, ex אֶצְבְּעָת ibid. verſ. 42. quod ex אֶצְבְּעָן cap. 5. 5. &

ne plurali, י dagesſchat, præmiſſo (-) x.

Obſ. *Deſinentia in* ִי 1. Terminatione ſtatus Emphatici y, Generis z, ac Numeri a accedente, afformativum י mutant in א. Aſt

β. Ac-

---

hoc ex ſing. אֶצְבַּע *digitus*. Ita Dan. 2, 22. עֲמִיקָתָא וּמְסַתְּרָתָא *profunda & abſcondita*, coll. *Interpr.* §. 2. (x) Dan. 2, 13. חַכִּימַיָּא *ſapientes illi*, ex חַכִּימַי verſ. 12. quod ex חַכִּימִין *ſapientes*. Sed hæc ad formam felicius conſtituendam, maxime Fœmininorum, unice traduntur; ſalva manente *regula Interpr.* §. 57. 2. Vnde & *Nomina illa, quæ in Regimine etiam in penultima aliquid mutant*, (cujusmodi forma בַּיִת *domus*, unde in conſtr. בֵּית Eſr. 5, 2. 13. 14. 16. ſqq.) *Emphaticum* ſtatum *formant ex abſoluto*, v. g. Eſr. 5, v. 3. 9. 11. בַּיְתָה (non בֵּיתָה) *domus illa*, &c. (y) Ex כַּשְׂדַּי *chaldæus*, Dan. 2, 10. fit cap. 5. 30. כַּשְׂדָּאָה *Chaldæus ille*, coll. §. 22. IV. 3. (z) Ex תְּלִיתַי *tertius*, fit Dan. 2, 39. תְּלִיתָאָה *tertia*. Et ita cap. 2. 40. רְבִיעָאָה *quarta*. (a) Dan. 3, v. 8. כַּשְׂדָּאִין *Chaldæi*: verſ. 12. יְהוּדָאִין *Judæi*.

β. Accedente ad fœmininum terminatione ſtatus Emphatici &c. illud י in א mutatum, redit b.

2. Pluralis maſc. Emphaticus ſimpliciter retinet formam ſtatus Conſtructi c: niſi quod ſæpius literæ י & א transponantur d.

# CAP IV.

## DE PRONOMINIBVS.

§. 35.

Pronomina ſunt vel Separata, modique vel Inſeparabilia ſive Connexa. Illa iterum vel Integra, vel Defectiva. Hæc vel Præfixa, vel Suffixa.

§. 36. Separata *Integra* ſunt

I. *Perſonalia.* 1. Caſus Recti I. אֲנִי e (cum accentu אָנִי f) vel אנכי

(b) Dan. 7, 19. 23. רְבִיעָיְתָא *quarta illa*: verſ. 4. קַדְמָיְתָא *prima illa*: verſ. 8. קַדְמָיָתָא *priores illæ.* (c) Dan. 2, v. 10. כַּשְׂדָּאֵי *Chaldæi illi.* (d) Dan. 3, 8. יְהוּדָיֵא *Judæi illi.* (e) Gen. 45, 4. (f) cap.

אָנֹכִי g (* *ch.* אֲנָא h) *Ego*: Pl. אֲנַחְנוּ i, vel נַחְנוּ k (* *ch.* אֲנַחְנָא, נַחְנָא, vel אֲנַן l) *Nos.*
II. אַתָּ m, vel אַתָּה n (* *ch.* אַנְתְּ o vel אַתְּ p) *Tu* M. Plur. אַתֶּם q (* *ch.* אנתון

---

27. 23. 34. (g) Gen. 15, 1. (h) Dan. 2, 8. 23. (i) Gen. 42, 11. (k) Exod. 16, v. 7. Dan. 3, v. 16. 17. Eſr. 4, 16. *Onkelos* Gen. 42, 11. (l) Eccl. 7, 23. (m) Gen. 3, 19. (n) ה in fine Paragogicum eſt, coll. §. 54. I. 1. Quod comprobat tonus penultimæ, coll. §. 16. I. Obſ. 1. in qua ſæpius vocalis brevis in longam producta deprehenditur, ob accentum Dominum, qui ibi ſaltem hoc exercet officium, ubi tonus adeſt, §. 27. Obſ. 1. Quod ſi tonus in ultima deprehenditur, eo dimiſſus eſt, ob accentum miniſtrum, vel minoris diſtinctionis Dominum, coll §. 16. III β. 2. Gen. 3, 11. cap. 4. 11. אַתָּה *tu*: Gen. 3, 19. אַתָּה &c. Adhæc derivata hinc v. g. Præteritorum Afformativum, ac omnium partium Suffixum ךָ: ordinarie ה ultimum reſpuunt: quod, quoties utrinque adeſt, pro Paragogico reputatur ab omnibus. (o) Dan. 2, v. 29. 31. 37. 38. ſecundum Maſſorethas. At autor literarum formam ex Ebræo mixtam adhibuit, cui ה Parag. adjicitur, אַנְתָּה *tu.* (p) *Onkelos* Gen. 3, 11. אֲרֵי עַרְטִלָאִי אַתְּ *quod nudus* TV. (q) Gen. 45, 8.

אַנְתּוּן r, vel אַתּוּן; s) *Vos* M. אַתְּ t rarius אַתִּי u *tu* F. Plur. אַתֵּן x vel אַתֵּנָה y (* ch. אַנְתֵּין z vel אַתֵּין a) *Vos* F.

III. הוּא b *ille*: Plur. הֵם c vel הֵמָּה d (* ch. אִנּוּן e vel הִמּוֹן f) *illi.* הִיא g, vel הוּא

---

(r) Dan. 2, 8. עִדָּנָא אַנְתּוּן זָבְנִין *tempus* vos *redimentes.* (s) Exod. 20, v. 22. אַתּוּן חֲזֵיתוּן vos *vidiſtis.* (t) Gen. 24, 23. * *Ch.* Gen. 12, 13. אֲחָתִי אַתְּ *ſoror mea* TU *es.* (u) Jud. 17, 2. (x) Ez. 34, 31. (y) Gen. 31, 6.

(a) *Onkelos* Gen. 31, 6. וְאַתֵּין יְדַעְתֵּין & vos *noviſtis.* (b) Gen. 20, 5. * *Ch.* Dan. 2, v. 22. הוּא גָּלֵא ILLE eſt *revelans.* Pro quo Talmudici ſæpe dicunt אִיהוּ v. g. Cod. *Sanhedr.* f. 94. a. אִיהוּ עֲדִיף מִנַּיְיהוּ ILLE *præſtantior eſt ipſis*: & mox דְּאִיהוּ חֲזָא *quia* IPSE *vidit.* (c) Gen. 3, verſ. 7.

(d) Gen. 7, verſ. 14. (e) Dan. 2, v. 44. מַלְכַיָּא אִנּוּן *reges iſti.* (f) Dan. 2, 35. הִמּוֹן *illi.* מ eſt ex lingua Ebræa. Vid. §. 42. II. 3. (g) Gen. 20, 5. * *Ch.* Dan. 2, v. 27. הֲלָא דָא הִיא בָּבֶל *nonne hæc* EST (coll. §. 40. *Interpr.*) *Babel.* Pro quo penes Talmudicos, & Paraphraſtes poſteriores ſæpius occurrit אִיהִי, aut אִיהָא, v. g. Thr. 1, 4. אִיתִי מְרִירַת לִבָּא לַחֲדָא

הִוא [h] *illa* F. Plur. הֵן [i] vel הֵנָּה [k] (* *ch,* אִנֵּין [l] ) *Illæ.* Quorum

2. *Casus Obliqui conflantur ex Præfixis*, notis cuique Casui propriis, & *Suffixis*, cuilibet personæ, generi ac numero convenientibus

---

ILLA (Hierosolyma) est *amara animo vehementer*: Ruth. 1, 20. אִיהָא כְּמֵרָא אֲנָא IPSA *observatura sum ego.* (h) Gen. 7, v. 2. Et ita in Pentateucho ubivis, exceptis, juxta Masorethas, locis *undecim.* Quæ citata Vid. ad Gen. 38, 25. Nisi me omnia fallunt, הִוא *olim de utroque dicebatur sexu*, perinde ac אַתְּ Chaldæorum. Vt de Ebræorum אַתְּ (occurrente Num. 11, 15. Deut. 5, 24. & Ezech. 28, 14.) nil dicam: nec אַתֵּם urgeam, atque הֵמָּה, ad sequiorem tracta sexum Ezech. 13, 20. Cant. 6, 8. Ruth. 1, 22. & Zach. 5, 10. De הוא & הִיא permutatis, vide inprimis 1 Reg. 17, 15. Job. 30, 11. coll. *Masora* finali lit. ה

(i) Ez. 16, 47. (k) Gen. 21, 29.

(l) * Dan. 7, v. 17. חֵיוָתָא רַבְרְבָתָא דִּי אִנֵּין אַרְבַּע *bestiæ illæ magnæ, quæ* IPSAE *quatuor.* *Ebraice in Pronominibus hisce* א *omnibus personis commune est,* א & נ *personæ primæ ac secundæ.* ת *soli secundæ personæ proprium est,* & ה *tantum personæ tertiæ.*

bus [c]: ita tamen, ut Præfixo מ ple-

X rum-

(c) *In Dativo* ל, coll. §. 39. III. Obſ. 2. Gen. 4, v. 26. לִי *mihi*: Gen. 11, 4. לָנוּ *nobis*, Gen. 3, v. 11. לְךָ *tibi*: Gen. 1, 29. לָכֶם *vobis* M. Ex. 2. 7. לָךְ *tibi* F. Ez. 13, 18. לָכֵנָה *vobis* F. Gen. 4, 15. לוֹ *illi* M. Gen. 3, 7. לָהֶם *illis* M. Gen. 11, 30. לָהּ *ei* F. Gen. 19, 8. לָהֶן *eis* F. * *Chald.* v. g. Dan. 2, 9. 23. cap. 4. 33. לִי *mihi*: Dan. 3. 18. cap. 4. 22. 23. 28. c. 5. 17. לָךְ *tibi* M. Dan. 3, 4. לְכוֹן *vobis*. M. pro quo, forma ex Ebræo mixta, eſt Eſr. 5, 9. לְכֹם *vobis* Dan. 3, 16. 24. 25. 46. 48. c. 4. 13. 32. לֵהּ *illi* M. Dan. 7, 4. ſqq. לַהּ *ei* F. Dan. 2, 35. c. 3. 14. c. 6. 3. c. 7. 12. לְהוֹן, &, forma ex Ebræo mixta, Eſr. 5, 4. לְהֹם *illis* M.

*In Accuſativo* אֶת, coll. §. 39. III. Obſ. 3. Deut. 31, 50. אוֹתִי *me*: Gen. 42, v. 30. אֹתָנוּ *nos*: Gen. 7, 1. אֹתְךָ *te* M. Ex. 3, 16. אֶתְכֶם & Joſ. 23, 15. אוֹתְכֶם *Vos* M. 2 Sam. 14, 18. אֹתָךְ *te* F. Gen. 4, 15. אוֹתוֹ *eum*: Gen. 11, 8. אֹתָם & Gen. 32, 1. אֶתְהֶם ac Ez. 23, v. 46. אוֹתְהֶם *Eos*: Gen. 6, 14. אֹתָהּ *eam*: Ez. 16, v. 54. אֹתָן Gen. 19, 8. אֶתְהֶן & Ex. 23, 47. אוֹתְהֶן *Eas*. * *Ch.* nunc ל præmittitur, nunc יָת, coll. *Interpr.* §. 19. I. v. g. Dan. 4, 33. לִי *me*: Dan. 2, 23. c. 4. 22. 29. לָךְ *te*: Eſr. 5,

rumque aliud מ Epentheticum postponatur [d]; ad Genitivum vero exprimendum, Dativo præponatur שֶׁ (* Chaldaice דִּי [e]).

II. *Demonstrativa* זֶה [f] (* *Ch.* דֵּךְ [g], דֵּן

---

v. 9. לְכוֹם *vos* M. Dan. 7, v. 27. לֵהּ *eum*: Dan. 3, 12. יָתְהוֹן *eos*.

(d) *In Ablativo* מִן vel מִ, ut Exod. 8, 4. מִמֶּנִּי & Jes. 22, 4. מִנִּי ac Ps. 18, v. 23. מֶנִּי *a me*: Gen. 23, 6. מִמֶּנּוּ *a nobis*: Gen. 17, 6. מִמְּךָ *a te* M. Deut. 2, 4. מִכֶּם *a vobis*: Gen. 30, v. 2. מִמֵּךְ *a te* F. Ps. 62, 2. מִמֶּנּוּ vel Job. 4, 12. מֶנְהוּ & Ps. 68, 24. מִנֵּהוּ *ab eo*. Deut. 20, 1. מֵהֶם Job. 11, v. 20. מִנְהֶם *ab illis* M. Gen. 16, v. 2. מִמֶּנָּה *ab ea*. Ez. 16, v. 47. מֵהֵן *ab illis* F. * *Chald.* Dan. 3, 29. c. 4. 3. מִנִּי *a me*: Dan. 2, 23. 39. c. 4. 28. c. 6. 8. 13. מִנָּךְ *a te*: vel Dan. 4, 6. 15. c. 5. 14. בָּךְ *in te*. Dan. 4, 9. c. 7. 16. מִנֵּהּ *de eo*: vel Dan. 3, 7. 8. c. 4. 9. 18. בֵּהּ *eo*: Dan. 2, 42. c. 7. 24. מִנַּהּ *de ea*: vel Dan. 4, 30. בַּהּ *ea*. Dan. 2, 41. 42. c. 6. 3. מִנְּהוֹן *de illis*: vel Dan. 3, 25, 27. c. 5. 2. 3. c. 6. 25. בְּהוֹן *ex istis* M. (e) Cant. 1, 6. שֶׁלִּי *mei*. * *Ch.* Dan. 2, 20. דִּי לֵהּ *ejus*. (f) Gen. 5, 1. (g) * Esr. 5, 16. שֵׁשְׁבַּצַּר דֵּךְ *Sesbazzar hic*.

דְּכֵן, דֵּךְ h) *hic iſte*: זֹאת i, זֹה k (* *Ch.* דָּךְ l) *hæc*, *iſta*. Commun. זוּ m, vel זוֹ n; (* *Ch.* דְּנָה o) *hic*, *hæc*, *iſte*, *iſta*; quæ tamen & *Relative* ſumuntur nonnunquam p: לָז *ille*, *illa* q, &c. *Plur.* אֵל r, & אֵלֶּה s, (* *Ch.* M. אִלֵּךְ *iſti* t, & Com. אִלֵּין u) *iſti*, *iſtæ*.

III. *Reciproca* ſupplent Nomina נֶפֶשׁ *anima* x, atque עֶצֶם *os*, vel *ſubſtantia* y: ac forte alia.



(h) Dan. 2, v. 31. צַלְמָא דִכֵּן *imago iſta*. (i) Gen. 2, 23. (k) Eccl. 2, 2. (l) * Eſr. 4, 13. קִרְיְתָא דָךְ *civitas* HAEC. (q) Zach. 2, 8. 2 Reg. 4, 25. (m) Hoſ. 7, 16. (n) Ex 15, 16.

(o) * Dan. 2, v. 30. רָזָא דְנָה גֱּלִי לִי *arcanum iſtud revelatum eſt mihi*. Dan. 2, 10. מִלָּה כִדְנָה *verbum juxta hoc*, vel *res huic ſimilis*. (p) Exod. 15, verſ. 18.

(q) Hinc Gen. 24, v. 65. מִי אִישׁ הַלָּזֶה *quisnam* eſt *vir* ISTE? (r) 1 Chr. 20, 2.

(s) Gen. 6, v. 9. (t) * Dan. 3, v. 12. גֻּבְרַיָּא אִלֵּךְ *viri iſti*. (u) * Dan. 6, 3. אֲחַשְׁדַּרְפְּנַיָּא אִלֵּין *Satrapæ illi*: & Dan. 2, 44. כָּל־אִלֵּין מַלְכְוָתָא *omnia iſta imperia*. (x) Jud. 16, 30. תָּמוֹת נַפְשִׁי עִם פְּלִשְׁתִּים *moriatur* ANIMA MEA, i. e. moriar ipſe, *cum Philiſtæis*. (y) Gen. 7, 13;

§. 37. *Defectiva* ſunt 1. *Relativum* אֲשֶׁר [z] ( * *ch.* דִּי vel דְּ [a] ) *qui, quæ* ac 2. *Interrogativum* tam *Perſonæ*, מִי [b] ( * *ch.* מַן [c] ) *quis, quæ*; quam *Rei*, מָה *quid, quod* [d]? Pro quo ſæpe, potiſſimum ante Dageſch Euphonicum & Makkeph, item ante עהח non Kametsatas, dicitur מַה [e]; &, ante has Kametsatas, מֶה [f].

§. 38.

---

בְּעֶצֶם הַיּוֹם הַזֶּה *in* SVBSTANTIA *diei iſtius*, i. e. eo ipſo die. Proprie ad Syntaxin hæc pertinent, ubi Vid. etiam *Chald. Interpr.* §. 45. (z) Gen. 6, 7. c. 3. 12. (a) * Dan. 3, 15. c. 4. 3. (b) Gen. 27, 32. מִי אַתָּה *quis tu es*? Ruth. 3, 9. מִי אָתְּ *quæ nam tu es*? (c) * Dan. 3, 15. וּמַן־הוּא אֱלָהּ *& quisnam eſt ille Deus*? (d) Pſ. 8, 5. מָה אֱנוֹשׁ *quid* eſt *homo?* * *Ch.* Dan. 2, verſ. 28. 29. מָה דִּי לֶהֱוֵא *illud quod futurum eſt*, coll. *Interpr.* §. 53. Dan. 2, 15. עַל־מָה *propter quod*? (e) Gen. 32, v. 27. מַה־שְּׁמֶךָ *quodnam eſt nomen tuum*? Zach. 1, 9. מָה־אֵלֶּה *quid iſta* ſibi volunt? Pſ. 39, v. 5. מַה־הִיא *quænam illa*? Gen. 31, v. 36. מַה חַטָּאתִי *quodnam eſt peccatum meum?* Job. 26, v. 2. מֶה־עָזַרְתָּ *quid juviſti*? (f) Ex. 32, 1.

§. 38. Pronomina *Inseparabilia* seu *Connexa* sunt.

I. *Præfixa* ה, & ש ( * *ch.* ד ), eadem in omni Genere, Numero, ac Casu. Quorum

1. ה, ex pronomine tert. personæ formatum, *Articulum denotat*; *præfigiturque per* (-) & *Dagesch forte*, literæ sequenti imprimendum g.

2. ש, ex Relativo אֲשֶׁר (cujus ideo etiam refert significationem)

X 3 de-

---

מַה־הָיָה לוֹ *quid factum sit ipsi.* Ps. 39, v. 5. מֶה־חָדֵל *quodnam ævum?* Gen. 4, vers. 10. מֶה עָשִׂיתָ *quid fecisti?* Jes. 1, 5. עַל־מֶה תֻכּוּ *ad quid percutiemini?* (g) Dagesch forte compensat literas Pronominum mobiles ם & ן: hinc, quia syllaba fit composita, vi §. 6. Obs. 2. vocalem requirit brevem, quam א pronominis separati restringit ad A. Vt Gen. 2, 2. הַשָּׂדֶה *hic ager*: v. 9. הַדַּעַת *hæc scientia*: v. 4. הַשָּׁמַיִם *hi cœli*: Gen. 25, 22. הַבָּנִים *hi filii*: c. 31. v. 43. הַבָּנוֹת *hæ filiæ*: c. 2. 11. הָאֶחָד *istorum unius.* * *Chaldæi* articulum fini adjiciunt, *statum formantes*, dictum *Emphaticum.* Vid. supr. §. 34. III.

detruncatum, *præfigitur per* (:) *vel* (-), *sequente Dagesch forti* [h].

§. 39. II. *Suffixa* ( quæ penes *Chald.* succedunt in locnm terminationis Emphaticæ א,) sunt *Terminationes*, desumtæ *ex Pronominibus Personalibus* separatis; ת saltem ipsorum hic *in* כ *mutato*, juxta Schema sequens:

SINGV-

---

(h) Ps. 124, 6. שֶׁלֹּא *qui non*: Cant. 1, v. 7. שַׁלָּמָה *nam* (coll. *Interpr.* §. 47.) *ad quid?* Sed Eccl. 3, 18. שֶׁהֵם *quod illi*, (:) alternat pro (..), coll. §. 26. XVI. * *Ch. Onkel.* Gen. 1, 29. דְּעַל אַפֵּי כָל אַרְעָא QVOD *super facies totius hujus terræ.* (i) * Solius compendii ergo: ne punctorum instituenda sit mutatio. Forma quippe status emphatici plerarumque vocum in Lexicis obvia est, Absoluti forma vel ignorata penitus, vel tamen neglecta. Cæteroquin quoad rem ipsam salva manent *Interpr.* §. 57. 3. & §. 65. dicta: &, si forma absoluti se offerat, eidem Suffixa adjicienda memineris. Nisi quod הָ— fœmininum, ad differentiam pluralis, mutetur in תְ— V. g. Dan. 6, 19. שִׁנְתֵּהּ *somnus ejus*: Dan. 5, 23. נִשְׁמְתָךְ *anima tua.*

SINGVLARIVM NOMINVM.

| | SINGVLARIA | | PLVRALIA |
|---|---|---|---|
| | ־ִי — ־ֵנִי (i) — C. meus, a, um. | | |
| SINGVLARIA | ־ֵךְ — ־ֵכִי — F. Tuus, | ־ְךָ — ־ֶךָ — (*־ְךָ —־ָךְ) M. a, um. | SINGVLARIA |
| | ־ָהּ — ־ֶהָ — ־ֶנָּה (m) F. (*־ָה — ־ֶהָא) Ejus, | ־וֹ, ־הוּ — ־ֵהוּ — ־ֶנּוּ (k) — ־מוֹ (i) (*־הִי — ־ֵהִי) Suus, a, um. M. | |
| | ־נוּ — ־ֵנוּ (*־ָנָא —) C. Noster, a, um. | | |
| PLVRALIA | ־ְכֶן — ־ֵכֶן (*־כֵן —) F. Vester, | ־ְכֶם — ־ֵכֶם (*־כוֹן ־כוּם —) M. a, um. | PLVRALIA |
| | ־ָן — ־ֵהֶן (*־הֵן —) F. Earum. | ־ָם — ־הֶם — ־מוֹ (n) M. (*־הוֹן ־הוּם) Eorum. | |
| | SINGVLARIA | | PLVRALIA |

(i) Dageſch eſt compenſativum ejecti נ Epenthetici §. 53. II. Obſ. 1. (k) Pro נְהוּ — inſerto per Epentheſin נ, §. 53. II. & ה Suffixi, quod periit, compenſato per Dageſch præcedens: ad formam § 39 IV. Obſ. 4. (l) מ hic eſt epentheticum. Conf. *Kimchi* Michl.

| PLVRALIVM NOMINVM | | |
|---|---|---|
| SINGVLARIA | ַי —— C. mei, æ, a. | |
| | ִךְ —(* ַיְכִי —)— ַיִךְ<br>F. tui, æ, a. | ָךְ —(* ֶיךָ —ֵיךָ —)— ֶיךָ<br>M. tui, æ, a. |
| | ָהּ —(* ֶהָא —)— ֶיהָ<br>F. Ejus, Sui, æ, a. | ו —(* וְהִי —וִי)— ָיו<br>M. Ejus, Sui, æ, a. |
| PLVRALIA | ֵנוּ —(* ֵנָא —)— ֵינוּ C. Nostri, æ, a. | |
| | ְכֶן —(* ֵיכֶן —)— ֵיכֶן<br>F. Vestri, æ, a. | ְכֶם —(* ֵיכוֹן —)— ֵיכֶם<br>M. Vestri, æ, a. |
| | ָן —(* ֵיהֶן —)— ֵיהֶן<br>F. Earum. | ָם —(* ֵיהוֹן —)— ֵימוֹ - ֵיהֶם<br>M. Eorum. |

Quod rite applicatur obſervatis ſeqq.

I. Suffi-

f. 68. col. 3. init. Compoſitum videtur hoc Suffixum ex utroque numero pronom. ſeparat. הוּא & הֵם : quorum modo hoc prævalet, modo illud. In illo ם eſt epentheticum, in hoc ו paragogicum. (m) נ eſt epentheticum, §. 53. II. Dageſch autem loco Mappik, ad imitationem memb. IV. infr. Obſ. 4.

(n) ו nunc eſt Paragogicum. Vid. ſupra ad (l).

1. Suffixorum כֶם — & כֶן, (* *cb.* כוֹן & כֵן) item הֶם & הֶן (* *cb.* הוֹן & הֶן) dicuntur *Gravia*, reliqua *Levia*.

2. Fœmininum ה ָ ante Suffixa transit in ת ַ a, aliud ה quodcunque tollitur b.

3. Vox in ה Radicale aut vocalem terminata, (*α*) pro uſitatiori ו (* *cb.* ה —), utplurimum adhibet הוּ c (* *Ch.* הִי — d). Et (*β*) Pro ה ָ — uſurpat minus uſitatum ה ַ — e: ac



(a) Ceu alteram manifeſtam generis Fœminini notam, cum ה in medio non poſſit quieſcere. Vid. ſupr. §. 31. II. (n). V. g. Gen. 4, verſ. 23. אִמְרָתִי *ſermo meus*, ex אִמְרָה: Gen. 31, v. 32. גְּנָבָתַם *furata eſt eos*, ex גְּנֻבָה coll. infr. IV. Obſ. 2. & §. 18. Sed Neh. 5, 14. פֶּחָם *Dux ipſorum*, ex פֶּחָה: Vid. tamen infra §. 56. I. 5. (b) Gen. 8, 29. מַעֲשֵׂנוּ *opus noſtrum*, ex מַעֲשֶׂה: Deut. 32, 7. עָשְׂךָ *fecit te*, ex עָשָׂה *fecit.* Deut. 1, 10. הִנְּכֶם *ecce vos*! ex הִנֵּה *en, ecce.* (c) Jud. 19, v. 16. מַעֲשֵׂהוּ *opus ejus*, ex מַעֲשֶׂה *opus.* (d) Ex בְּנָה *ædificavit*, fit Eſr. 5, 11. בְּנָהִי *ædificavit eum*: Dan. 7, 13. הַקְרְבוּהִי *admoverunt eum*: cap. 5. 6. שְׁנוֹהִי *mutarunt eum*: Dan. 5, verſ. 2. אֲבוּהִי *pater ejus*: coll. II. Obſ. 3. (e) Gen. 4, v. 11. פִּיהָ *os ſuum*, ex פֶּה *os*,

(γ) Pro ם ָ— usurpat הֶם [f]: &

(δ) Pro ן ָ— integrum הֶן [g].

II. *In Nominibus*, *Terminationes* masculinæ *Pluralis*, ac *Dualis* numeri [h] *pereunt*: præposita

---

coll. II. Obs. 3. β. * Quæ *Chaldaica* occurrunt, Dan. 7, v. 4. 5. 6 7. 8. 19. 20. secundum literas, ad formam Fbraicam inflexa, v. g. גַּפַּיהּ *alæ ejus*, שִׁנַּיהּ *dentes ejus*, בְּרַגְלַיהּ *pedibus suis*, קֳדָמַיהּ *coram ea* &c. pluralia sunt usitatissima: atque adeo huc non quadrant.

(f) Gen. 9, 23. אֲבִיהֶם *pater ipsorum*. Vid. infr. II. Obs. 3. (α). (g) Gen. 19, 33. אֲבִיהֶן *pater ipsarum*, ibid. (h) Hæ scil. geminam pluralitatis notam simul continent, quarum una sola subinde *Multitudinis* numerum indicat, ut supr. §. 33. I. Obs. 6. §. 34. II. 4. §. 7. l. 3. Vt autem מ ceu litera mobilis, intimiorem nexum Suffixi cum subjecto suo impedit: ita litera י altera pluralitatis nota, in schemate jam extat, præmissa Suffixo. V. g. Ex. 3. 18. אֱלֹהֵינוּ *Deus noster supremus*, ex אֱלֹהִים *dii*: Gen. 3, 5. עֵינֵיכֶם *oculi vestri*, vel *uterque oculorum vestrorum*, ex עֵינַיִם *duo oculi*,

* *Chald.* Dan. 3, 8. קַרְצֵיהוֹן *calumniæ, obtrectationes ipsorum*, ex קַרְצִין. Dan. 2, 34. רַגְלוֹהִי *pedes*, vel *uterque pedum ejus*, ex

ta tamen in מַיִם hic, & ſæpe in Conſtructo, ſyllaba מֵי i.

Obſ. 1. ( ָ ) & ( ֵ ) ante Suffixa Gravia mutantur in ( ַ ) k.

2. Fœminina, quæ præter Terminationem ָה — l vel ַה — m, agnoſcunt etiam ֶת — l vel ַת — m, (cujusmodi

---

רַגְלַיִן *duo pedes.* (i) Num. 20, 8. מֵימָיו *aquæ ejus*, ex מַיִם *aquæ*: & hinc etiam Joſ. 4, 7. מֵימֵי הַיַּרְדֵּן *aquæ Jordanis.* (k) Jeſ. 1, 7. אדמתכם *arvum veſtrum*, ex אֲדָמָה *arvum, humus*, coll. §. 21. §. 24. II. Num. 15, 39. לְבַבְכֶם *animus veſter*, ex לֵבָב *cor.* * Quia fundamentum hujus in §. 18. I. ſitum, derivato ex §. 6. Obſ. 2. & *Chaldæi* non ſatis curioſe ad hoc attendunt: hinc vocalem longam modo ſervatam invenis, modo correptam. V. g. Dan. 2, 47. אֱלָהֲכוֹן *Deus veſter*: Eſr. 4, 9. 17. כְּנָוָתְהוֹן *collegæ ipſorum.* Sed Dan. 2, 9. דָּתְכוֹן *ſententia veſtra*; Eſr. 5, 10. שמהתהם *nomina ipſorum*, ex שֵׁם coll. §. 33. V. Obſ. (l) Ex מְלָאכָה *opus*, Exod. 12, 16. pro מַלְאָכָה coll. §. 25. II. Obſ. 3. eſt Exod. 35, 24. מְלֶאכֶת הָעֲבֹדָה *opus ſervitutis*, ſeu *ſervile*, coll. *Interpr.* §. 26. & hinc Gen. 2, verſ. 2. מְלַאכְתּוֹ *opus ſuum.*

(m) Gen. 2, 23. אִשָּׁה *mulier, uxor*, coll.

di præter utrinque aucta pleraque, pauca a ſolo fine creſcentia [n]) *formam in* ת *finitam regulariter adhibent cum Suffixis, & in Statu Conſtructo,* 3. *Tria*

---

אִשְׁתּוֹ אֵשֶׁת אַבְרָם *uxor Abrami*: c. 4. v. 1. אִשְׁתּוֹ *uxor ejus*. Sic 1 Reg. 11, 19. הַגְּבִירָה *Domina, hera*: Jeſ. 47, 5. גְּבֶרֶת מַמְלָכוֹת *domina Imperiorum*: unde amplius Gen. 17, 8. גְּבִרְתִּי *hera*, ſeu *domina mea*. (n) Cujusmodi præter אִשָּׁה *mulier*, & גְּבִירָה *domina, auguſta*, modo commemorata, ferme ſeqq. אַיָּלָה Gen. 49, 21. & אַיֶּלֶת Prov. 5, 9. *cerva*. (אַרְבָּעָה Gen. 14, 9. & אַרְבַּעַת Num. 7, 7. *quatuor*, ad utrinque aucta referendum). It. בְּהֵמָה Gen. 1, 24. בֶּהֱמַת Num. 3, 41. *jumentum*, בְּהֶמְתּוֹ Gen. 36, 6. *jumentum ſuum*: דְּבֵלָה 1 Sam. 30, v. 10. & דְּבֶלֶת 2 Reg. 20, v. 7. *palatha*: חֲבֵרָה (ex חָבֵר *ſocius*, Pſ. 119, 63.), ſed חֲבֶרְתְּךָ *ſocia tua*, Mal. 2, 14. eſt ex חֲבֶרֶת *ſocia*: חֲמִשָּׁה Gen. 18, 28. & חֲמֵשֶׁת Num. 3, 47. *quinque*: יְבָמָה ex maſc. יְבָמִי *affinis meus*, Deut. 25, v. 7. Sed יְבִמְתֵּךְ *fratria tua*, Ruth. 1, v. 15. eſt ex יְבֶמֶת *fratria*: לֶהָבָה Jeſ. 4, 5 & לַהֶבֶת Ezech. 20, 47. 1 Sam. 17. v. 7. *flamma*, coll. §. 26. XII. & §. 17. Caut. 7. עֲטָרָה Ez. 21, v. 31. & עֲטֶרֶת 1 Chr. 20, v. 2. Prov. 4, 9. *corona*: עֲצָרָה 2 Reg. 10, v. 20. &

3. *Tria Nomina* אָב [o] אָח [p] & חָם [q] *in ſingulari*, uti ob Regimen [r], ita *ante* *Suffi-*

---

עֲצֶרֶת Deut. 16, 8. *feſtum, dies feriatus*: עֲקָרָה Gen. 11, 30. & עֲקֶרֶת Pſ. 113, 9. *ſterilis*: עֲשָׂרָה Gen. 18, 32. & עֲשֶׂרֶת Gen. 31, 7. 41. *decem*: שִׁבְעָה Gen. 7, 2. ſqq. & שִׁבְעַת, unde שִׁבְעָתָם *ſeptem illi*: 2 Sam. 21, 9. שְׁכֵנָה unde חֲשְׁכֵנוֹת *vicinæ*, Ruth. 4, 17. & שְׁכֶנֶת unde מִשְּׁכֶנְתָּהּ Exod. 3, 22. *a vicina ſua*: שְׁלֹשָׁה Gen. 40, 10. 16. & שְׁלֹשֶׁת Gen. 30, 36. c. 40. 12. ſqq. *tres*: שִׁשָּׁה Gen. 30, 20. & שֵׁשֶׁת Ex. 20, 9. 11. *ſex*. (o) Gen. 2, v. 24. אָבִיו pro אָבוֹ *pater ejus*: Gen. 31, v. 29. אֲבִיכֶם pro אֲבִכֶם *pater veſter*. * *Chald.* Dan. 5, v. 2. אֲבוּךְ pro אֲבָךְ *pater tuus*. (p) Gen. 31, 32. אָחִינוּ pro אֲחֵנוּ *frater noſter*. * *Ch.* Onkel. Gen. 4, v. 9. אֲחוּךְ *frater tuus*: verſ. 8. אֲחוּהִי *frater ejus*, coll. ſupr. I. Obſ. 3. (q) Gen. 38, 13. חָמִיךְ pro חֲמֵךְ *ſocer tuus* F. * *Ch.* Onkel. Gen. 38, 25. חֲמוּהָא *ſocer tuus* F. Scilicet י vel ו vicem ſupplent tertiæ radicalis. Vid. *Rav.* Orthogr. hypomn. p. 40. (r) Gen. 9, 18. אֲבִי כְנַעַן *pater Canaanis*: Gen. 14, 12. אֲחִי אַבְרָם *frater Abrahami*. Differunt ab abſoluto, cui Suffixum primæ perſonæ additur, in eo, quod Abſolutum in penultima ( ָ ) habeat, Regimen autem ( ֵ ). Cæterum pro

*Suffixa a* י *diversa, pro puncto alias requisito, assumunt* (ִי), (* *Chald.* וּ)

(β) Quo referunt vocem פֶּה, cujus ה tali casu transit in (י), quiescens in (ִ); ante suffixum ִי vero ה excidit [u]. Sed

(γ) שֶׂה facit שֵׂיו [x] & שֵׂיהוּ [y]. At

(δ) מַר habet מַרְוֵיהֶם [z], גָּלָל vero גְּלָלוֹ [a].

4. Nonnunquam *Nomina Pluralia* (*fœmininæ* potissimum *terminationis*) *assumunt Suffixa Singularium* [b]; & contra

אָבִי *pater*, occurrit etiam אַב v. g. Gen. 17, 5. אַב הֲמוֹן גּוֹיִם *pater multitudinis gentium.* Vid. l. c. verf. 4. (s) Conf. ad (o) (p) (q). (t) Exod. 4, 15. פִּיהוּ *os ejus*: Exod. 38, v. 21. פִּי מֹשֶׁה *os Mosis.*

(u) Gen. 45, 12. פִּי מְדַבֵּר אֲלֵיכֶם OS MEUM *loquitur ad vos.* (x) Deut. 22, v. 1. (y) 1 Sam. 14, 35. (z) 2 Sam. 10, 4. (a) Job. 20, 7. (b) Exod. 4, 5. אֲבוֹתָם *patres ipsorum*: Num. 17, 3. לְנַפְשׁוֹתָם *animabus ipsorum*: Pf. 34, v. 18. צָרוֹתָם *angustiæ ipsorum*: Pf. 132, 12. עֵדֹתִי TESTIMONIA MEA: si quidem hoc plurale fuerit, & non potius singulare, ob sequens זוֹ. Vid. etiam supr. §. 33. II. Obf. 4.

tra c.

III. *Particulis* ordinarie adjiciuntur Suffixa Singularium d. Sed Obs. I. אֶל d, עַל f, עַד g, אַחַר h, & יחד

Deut. 28, 59. מַכּוֹתְךָ *plagæ tuæ*: Job. 24, 23. עֵינֵיהוּ *oculi ejus*: Nah. 2, 4. גִּבֹּרֵיהוּ *heroes ejus*: nisi in his י suffixo præpositum, sit mater Lectionis. * *Chald.* Dan. 2, 23. אֲבָהָתִי *patres mei*, vel *majores mei*, ex אַב coll. §. 33. V. Obs. Dan. 2, 32. יַרְכָתֵהּ *latera ejus*: Dan. 4, 34. אֹרְחָתֵהּ *semitæ ejus*. (c) Num. 14, 33. זְנוּתֵיכֶם *scortatio vestra*: Ez. 16, 15. תַּזְנוּתַיִךְ *scortatio tua*: Jes. 47, v. 13. עֲצָתָיִךְ *consilium tuum*: Lev. 5, 24. וַחֲמִשִׁתָיו *& quinta ejus*: Jer. 3, v. 8. כְּרִיתֻתֶיהָ *excisio ejus*. (d) 1 Sam. 23, 10. בַּעֲבוּרִי *propter me*: Gen. 3, 17. בַּעֲבוּרֶךָ *propter te*. * *Ch.* Dan. 3, 32. עִמִּי *mecum*: c. 2. 42. מִנַּהּ *de ea*. (e) Gen. 4, 10. אֵלַי *ad me*. (f) Exod. 15, vers. 26. עָלֶיךָ *super te*. * *Chald.* Dan. 4, 31. עֲלַי *super me*: Dan. 5, 29. עֲלוֹהִי *de eo*. (g) Jes. 45, 34. עָדָיו *ad ipsum*. De בְּעַד Vid. supr. §. 22. IV. Obs. 1. β. (h) Gen. 32, 19. 21. אַחֲרֵינוּ *post nos*. Enim vero אחר Suffixa respuit: quia positum est in Regimine. Vid. *Interpr.* §. 65. §. 164. II. & conf. supr. §. 29. I.

יַחַד [i], (item * *Chald.* קֳדָם [k] atque אִית sive אִיתַי [l]), tantum assumunt Suffixa Pluralium.

(β) בֵּין [m] vero, atque תַּחַת [n] (* nec non *Chaldæorum* בָּתַר [o]) modo Singularium habent Suffixa, modo Pluralium.

2. בְּ

β. form. XXX. p. 273. Rectius ergo derivabis ex אַחֲרֵי, ejusdem cum priori significationis. Et ita * *Chald.* Dan. 7, 24. אַחֲרֵיהוֹן *post illos.*

(i) Jer. 46, 12. 21. יַחְדָּיו *una*: & ita cap. 49. 3. quibus locis innixi Masorethæ, in infinitis aliis eadem puncta apponunt, utut literæ urgeant singularem יַחְדּוֹ Vid. Gen. 13, 6. &c. (k) * Dan. 4, v. 5. קָדָמוֹהִי *coram eo.* (l) Dan. 2, 11. אִיתוֹהִי *est ille*: Dan. 3, 14. אִיתֵיכוֹן *estis vos.* Sed cap. 3, 18. אִיתַנָא *sumus nos.* Derivatum est ex Ebræorum יֵשׁ coll. §. 2. Obf. 2. de quo Vid. §. 22. II. Obf. 2. (m) Gen. 9, v. 12. בֵּינִי *inter me*: Gen. 30, v. 36. בֵּינוֹ *inter eum*, Jof. 3, 4. בֵּינָיו *inter ipsum.* Gen. 26, v. 28. בֵּינֵינוּ *inter nos.* * *Chald.* Dan. 7, 8. בֵּינֵיהֵן *inter illas.* (n) Gen. 2, 21. תַּחְתֶּנָּה *loco ejus*: sed Jof. 7, 21. תַּחְתֶּיהָ *sub ista*: 2 Sam. 22, v. 37. תַּחְתֵּנִי Sed Pf. 18, 37. 40. 48. תַּחְתַּי *sub me, loco mei.* * *Chald.* Dan. 4, 9. תְּחֹתוֹהִי *sub eo*: sed verf. 11. תְּחֹתוֹהִי *idem*, forma est ex Ebræo mixta. Vid. infra §. 42. II. 3. (o) Dan.

2. ב p, ל q, (כל r, atque עם s, (ante
Y Suf-

2, v. 39. בַּתְרָךְ *post te*: sed *Onkel.* Gen. 18, 19. בַּתְרוֹהִי *post ipsum*: Gen. 9, 9. בַּתְרֵיכוֹן *post vos*. (p) Gen. 3, 16. בָּךְ *in te*: Exod. 1, v. 10. בָּנוּ *contra nos*: Lev. 19, v. 28. בָּכֶם *in vobis*: Exod. 12, v. 7. בָּהֶם *in illis*: Gen. 30, 37. בָּהֵן *in illis* F. Gen. 19, 29. בָּהֵן *in illis*, sc. civitatibus. Vnde constat, (·.·) Suffixi hujus ordinarii, alternare pro ( ·· ): quapropter & secum habet tonum. Vid. supr. §. 16. II. 2. Obs. 2. (q) Gen. 11, 4. לָנוּ *nobis*: Esth. 5, 3. מַה־לָּךְ אֶסְתֵּר *quid* TIBI est *Esther*! Gen. 1, 29. לָכֶם *vobis*: Ez. 13, v. 18. לָכֵנָה *vobis* F. Gen. 3, 7. לָהֶם *ipsis*: Gen. 19, 8. לָהֵן *illis* F. Deut. 32, 35. לָמוֹ *illis*. (r) Jes. 53, 6. כֻּלָּנוּ *omnes nos*: Jes. 22, 1. כֻּלָּךְ *tota tu* F. 1 Reg. 7, 37. לְכֻלָּהֵנָה *omnibus illis* F. cum ה Paragog. pro לְכֻלָּהֵן: tono ad literam radicalem manente, (··) corripitur, §. 18. II. Vid. infra IV. Obs. 4. Et hoc imitatur Ezech. 16, 53. בְּתוֹכָהֵנָה *in medio ipsarum*. Integrum enim Pronomen separatum (supr. §. 36. I. 3.) additum est: nec prius ה Paragogicum, sed pronomini tertiæ personæ essentiale. In כֻּל הֵם 2 Sam. 23, 6. *omnes illi*, nude (-) alternat pro (··), pro כֻּלָּהֶם Vid. supr. I. Obs. 3.

(s) Exod. 10, 26. עִמָּנוּ *nobiscum*: 2 Sam. 13, 20. עִמָּךְ *tecum*: Gen. 42, v. 38. עִמָּכֶם

Suffixa נו, ךָ, כֶם, כֶן, הֶם & הֶן requirunt ( ̤ ).

3. אֵת (α) ante נו- & ךָ habet ( ̤ ) [m]: ac præterea

(β) Si *nota* ſit *Accuſativi*, cum *Suffixo Levi* junctum, ( ̈ ) ſub א mutat in ו [n], cum *Gravi* rarius [o]; quippe ante quod uſitatius ( ̈ ) mutat in ( ̤ ) [p].

(γ) Quando vero præpoſitionem *cum, apud* &c. exprimit, ת dageſſchatur [q]: pauciſſimis exceptis, quæ in punctatione notam Accuſativi æmulantur [r].

4. הִנֵּה *ecce*, (α) ante ךָ poſtulat ( ̤ ) [s].

(β) Ante Suffixum prim. perſonæ ſing. ſæpius aſſumit נ Epentheticum, præcedente (:) [t]; quod (:) rarius quoque ſervat

---

*vobiscum*: Num. 22, 12. עִמָּהֶם *cum illis*. Et hæc talia imitatur etiam Job. 22, 20. קִימָנוּ *ſubſiſtentia, ſubſtantia noſtra*. (m) (n) (o) Vid. ad §. 36. I. 2. p. 321. (p) Vid. §. 36. I. l. c.

(q) Gen. 30. 29. אִתִּי *mecum*: Gen. 8, 17. אִתָּךְ *tecum*: Gen. 7, 23. אִתּוֹ *cum eo*: coll. §. 18 1. (r) 2 Reg. 22, 24. אֹתָךְ *tecum*: 2 Reg. 3, 12. אוֹתוֹ *apud eum*: Lev. 15, 18. 24. אוֹתָהּ *cum ea*. (s) Gen. 16, 11. הִנָּךְ *ecce tu*, F. (t) Gen. 6, 17. הִנְנִי *ecce ego*.

vat ante primam pluralis u: in pausa vero utrinque mutat in (‥) x.

5. בִּלְתִּי y, ac זוּלָתִי z, י ante Suffixa abjiciunt.

IV. *Verbis* adjiciuntur Suffixa Singularium: nisi quod pro ִ dicatur נִי, in quo a, ut



(u) Jos. 9, 25. הִנְנוּ *ecce nos.* (x) Gen. 22, v. 1. הִנֵּנִי *ecce ego*: Job. 38, v. 35. הִנֵּנוּ *ecce nos.* Sed Gen. 22, 7. הִנֶּנִּי *ecce ego*; Gen. 44, 16. הִנֶּנּוּ *ecce nos.* (y) Hos. 13, 4. וּמוֹשִׁיעַ אַיִן בִּלְתִּי & *redemtor non est* PRAETER ME: 1 Sam. 2, vers. 2. בִּלְתֶּךָ *præter te.*

(z) Jes. 45, 5. 21. זוּלָתִי *præter me* Ruth. 4, 4. זוּלָתְךָ *præter te*: 1 Sam. 21, 9. זוּלָתָהּ *præter eam.* Si quicquam judico, י hujus vocis Deut. 1, 36. זוּלָתִי כָּלֵב *præter Calebum*, it. Deut. 4, 12. Jos. 11, 13. 1 Reg. 3, 18. c. 12, 20. Ps. 18, 32 &c. est mere Paragogicum, formaque nominis absoluti זוּלָה ut צִירָה. Legitur enim 2 Reg. 24, v. 14. non relictus est זוּלַת דַּלַּת עַם־הָאָרֶץ PRAETER *tenuitatem populi terræ*, vel tenuem plebem. (a) Gen. 27, 34 בָּרְכֵנִי *benedic mihi*; Job. 23, 10. בְּחָנַנִי *exploravit me*: sed Ps. 26, v. 2. בְּחָנֵנִי *explora me*: Ps. 25, v. 5. הַדְרִיכֵנִי *fac me incedere.*

* *Chald.* Dan. 4, v. 2. יְבַהֲלֻנַּנִי *exterrebit*

ut & in נוּ [b], הוּ [c], ם [d], מוֹ [e] ac ן [f], ea regulariter observatur differentia, ut Futuris suffigenda præmittant sibi (‥), Præterito autem (ָ): nisi quod נִי (-) habeat.

(Exc. 1. Irregulariter in quibusdam extant Suffixa nominum Pluralium, scil. בִּבְנוֹתַיִךְ [g], בַּהֲזָרוֹתֵיכֶם [h], & אַפְאֵיהֶם [i].

2. Infinitivis modo (ִי) affigitur, id quod significat active [k]; modo נִי, idque in significa-

---

*me*: Onkel. Gen. 45, v. 5. שַׁלְּחַנִי *misit me*: Jonath. 1 Sam. 24, 19. דְמַסְרַנִי *quod tradiderat me*. Vid. infr. Exc. 4. (b) Ps. 115, v. 12. זְכָרָנוּ *recordatus est nostrum*: Hos. 6, 1. וְיַחְבְּשֵׁנוּ *ut obliget nos*. (c) Num. 17, 7. כִּסָּהוּ *operuit eum*: sed Exod. 24, 16. וַיְכַסֵּהוּ *& operuit eum*. (d) Ps. 107, v. 2. גְּאָלָם *redemit eos*: sed 2 Chr. 25, 10. וַיַּבְדִּילֵם *& divisit eos*. (e) Exod. 15, vers. 10. כִּסָּמוֹ *operuit, texit eos*: sed v. 12. תִּבְלָעֵמוֹ *absorbebat eos*. (f) Exod. 2, v. 7. וַיּוֹשִׁעָן *& servavit eos*: coll. Exc. 3, (g) I. e. *in ædificare te* F. h. e. coll. *Interpr*. §. 201. II. 2. *dum ædificas tu* F. Ez. 16, 31. (h) h. e. *in dispergi vos*, i. e. quum dispersi fueritis, Ex. 6, 8. (i) I. e. *in angulos dissipabo eos*, angulatim profligabo eos, Deut. 32, 26. (k) 1 Reg. 2, v. 7. בְּבָרְחִי

ficatione paſſiva [l].

3. In nonnullis Præteritorum Suffixis, præmiſſa vides puncta Futurorum [m], & contra [n]. Quin (β) יְחִיתַן [o], & (in quibusdam Codicibus) אֲמִילֵם [p] amplius (-) habent, pro ( ָ ) loco ( ֵ ).

4. * *Chald.* (α) נִי etiam in Futuro præmittit (-) [q], ſed in Imperativo (:) [r]. (β) Pro הוֹן vero ac הֵן dicitur וֹן ac ָ ן [s])

Cœteroquin etiam *obſerves*

1. *Schva ſub ſecunda* radicali *in Kal*, in Quieſcentibus quidem tertia, mutatur in ( ָ ) [t]; alias, niſi ortum ſit ex hholem



*in fugere me*, i. e. coll. *Interpr.* §. 201. II. 2. *cum ego fugio.* (l) Exod. 2, verſ. 14. הַלְהָרְגֵנִי אַתָּה אוֹמֵר *num interfici me*, i. e. coll. §. 200. *ut interficias me*, tune hæc dicis?

(m) Jeſ. 8, v. 11. וְיִסְּרֵנִי *& erudivit me.*

(n) Gen. 19, 19. תִּדְבָּקַנִי *adhærebit mihi*: Pſalm. 74, verſ. 8. נִינָם *depopulabimur eos*, ex ינה coll. §. 46. I. §. 48. II. Obſ. Sic Num. 21, v. 30. וַנִּירָם *& ſagittis confecimus eos*, 1. pl. fut. Kal. rad. ירה &c. (o) h. e. *terrefaciet eos*, Hab. 2, 17. (p) i. e. *exſcindam eos*, Pſ. 118, v. 10. 11. 12.

(q) * Vid. ſupr. ad (a). (r) Dan. 2, 24. הַעֲלְנִי *introduc. me*, 2. maſc. ſing. Aphel, rad. עלל *venit, ingreſſus eſt*, coll. §. 45. 2.

(t) Jer. 28, 3. אוֹבִלְנוּן *deducam ea*, cum נ Epenthet. coll. §. 53. II. (t) Job. 3, 25.

lem imperativi x vel Futuri y, *redit in eam vocalem, ex qua ortum erat* u: quæ tamen si ( ) fuerit, Ebraice amplius elevatur in ( ) z. (* *Chaldaice* insuper (.)

ויאתיני *& evenit mihi*, 3. f. fut. rad. אתה coll. §. 48 II 1. Obs. Jes. 21, 12. תִּבְעָיוּן *postulabitis*. 2. m. pl. cum ן parag. Vid. §. 54. I. 2. coll. II. Obs. 2. At Jes. 16, 9. אֲרַיָּוֵךְ *irrigabo te*, pro אֲרַיֶּוְךָ est ex Piel, 1. sing. fut. ultima ה in ו mutata, §. 48. II. 1. Obs. atque adeo huc non spectat sed ad §. 27. 4. (α). coll. §. 18. I. §. 47. II. 3. (u) Ex שְׂנֵאוּ *oderunt*, Prov. 1, v. 29. verbi שָׂנֵא Deut. 12, 31. fit Ps. 25, 19. שְׂנֵא נִי *oderunt me*: 1 Sam. 18, 28. אֲהֵבַתְהוּ *amavit eum*: Job. 20, 5. יִמְצָאֻהוּ *invenient eum*, ex יִמְצְאוּ *invenient*, Jud. 5, v. 30. e sing. יִמְצָא Gen. 44, v. 34. *inveniet*. * *Chald.* Jud. 9, 54. קְטַלְתֵּיהּ *occidi eum*, ex קִטְלֵת: Exod 3, 12. שְׁלַחְתִּךָ *misi te*, ex שָׁלַחְתִּי *misi*. Ad quorum formam est Dan. 4, 27. בְּנַיְתַהּ *ædificavi eam*, coll. §. 42. II. 3. (x) Amos 5, 4. דִּרְשׁוּנִי *consulite me*, e sing. דְּרשׁ 1 Reg. 22, 5. (y) Jes. 46, v. 7. יִסְבְּלֻהוּ *portabunt eum*, ex יִסְבֹּל Jes. 53, 11. Vt scil. etiam crescente voce, constet, quænam vocalis e diversis mediam occupet, quoties incrementa omittuntur. Vid. supr. ad §. 22. IV. Obs. 1. (γ). (z) Ex

(.) reliquarum Conjugationum ſub ſecunda radicali, corripitur in (:) [a].

2. *Afformativæ* quædam *Terminationes mutantur*; ſcil.

(α) *In Præterito* quidem ה ָ ——— convertitur in ת ַ —, tono in vocali hac (-) manente [b]; quæ tamen, quoties (:) eam ſequitur, mutatur in (-) [c]. Sed

(β) ת ſecundæ perſonæ, *Singularis* quidem *in maſculino* ( ָ ) *abjicit* [d], *in fœm.* (:) *convertit*



עֲזָבוּ *deſeruerunt*, Gen. 50, 8. verbi עָזַב c. 24. 27. fit 1 Reg. 11, 33. עֲזָבוּנִי *deſeruerunt me.* Sic Jeſ. 62, v. 5. יִבְעָלוּךְ *maritabunt, uxorem ducent te*: ex יִבְעָלוּ, quod e יִבְעַל *uxorem ducet.* ibid. Item Gen. 22, v. 8. שְׁמָעוּנִי *audite me*: ex שִׁמְעוּ Gen. 37, 5. ſingularis שְׁמַע *audi*, c. 21. 12. Fundamentum hujus petitur ex §. 18. II.

(a) * *Chald.* Dan. 7, 13. הַקְרְבוּהִי *admoverunt eum*, ex הַקְרִבוּ. Dan. 6, 23. חַבְּלוּנִי *perdiderunt me*, ex חַבִּלוּ (b) Hoſ. 2, 9. וּבִקְשָׁתַם *& quæret eos*: Am. 9, 4. וַהֲרָגָתַם *ut interficiat eos*, ex הָרְגָה coll. §. 18. & hinc

(c) Jud. 9, verſ. 54. הֲרָגַתְהוּ *interfecit eum.*

(d) Hinc Deut. 11, 20. וּכְתַבְתָּם *& ſcribes ea*: Hab. 1, v. 2. שַׂמְתּוֹ *poſuiſti eum*, rad.

*vertit in* (.) e; *Pluralis* vero, differentia generis ם vel ן pereunte, *assumit* ( ) f.

(γ) *In Futuris* vero נָה convertitur in י vel ( ) g.

(δ) * *Chald.* א — Infinitivi Pael h & Aphel i mutatur in ות.

3. *Ver-*

---

שׂוּם *poni*: Ps. 89, 44. הֲקֵמֹתוֹ *stare ivisti eum*.
(e) Jer. 15, 10. יְלִדְתִּנִי *peperisti me*: coll. §. 26. X. Cant. 4, 9. לִבַּבְתִּנִי *animo privasti me*: 1 Sam. 19, 17. רִמִּיתִנִי *decepisti me*. Et ita Exod. 2, 10 מְשִׁיתִהוּ *extraxisti eum*: mater enim Mosis introducitur loquens, quæ nomen certe origine Ebræum imposuerat, & puerum ad filiam Pharaonis adduxerat. Vid. *Abarban.* in h. l. it. *R. D. Kimchi* Michl. f. 9. col. 4. l. 38. sqq. (f) Zach. 7, 5. צַמְתֻּנִי *jejunastis mihi*, coll. *Interpr.* §. 66. Num. 20, v. 5. הֶעֱלִיתֻנוּ *ascendere fecistis nos*. (g) Job. 19, 15. וְאַמְהֹתַי לְזָר תַּחְשְׁבֻנִי & *ancillæ meæ pro peregrino* REPUTANT ME, coll. *Interpr.* §. 213. 2. Jer. 2, v. 19. וּמְשֻׁבוֹתַיִךְ תּוֹכִחֻךְ & *aversiones tuæ* CONVINCANT *te*. Nisi sit Enallage generis. (h) * Dan. 3, v. 17. לְשֵׁיזָבוּתַנָא *liberare nos*: Dan. 6, vers. 15. לְשֵׁיזָבוּתֵהּ *liberare eum*: ex שֵׁיזִבָא coll. §. 41. III. 5. (i) Dan. 4, 15. לְהוֹדָעוּתַנִי & cap. 2. 25. לְהוֹדָעֻתַנִי *notum facere mihi*, coll. §. 26. VIII. rad. ידע. Dan. 3, vers. 16.

3. *Verbo in vocalem* (etiam per numerum præcedentem) *terminato, punctum ante Suffixa alias requisitum tollitur* [d].

4. Pro puncto Suffixis præmittendo, ה *tertia sing. fœm. in* ת *mutata*, etiam ante נִי [e] נוּ [f] הוּ [g] & מוֹ



לַהֲתָבוּתָךְ *respondere tibi*, rad. תּוּב *redire*: Dan. 6, 4. לַהֲקָמוּתֵהּ *constituere eum*, rad. קוּם coll. §. 47. I. (d) Quia duo puncta vocalia nec ad unam conveniunt literam, nec syllaba a vocali incipit, supr. §. 9. Et, si alterutra pereat, satius est, punctum Suffixo præmissum tollere, cujus jactura nullum confusionis periculum inducit; quam terminale Verbi: quia, hoc pereunte, illico & numeri confunduntur invicem, & distinctæ personæ. v. g. Jes. 4, 8. בְּחַרְתִּיךָ *elegi te*: Jes. 65, v. 10. דְּרָשׁוּנִי *consuluerunt me*: Jer. 8, 2. דְּרָשׁוּם *consuluerunt eos*: Ez. 31, 4. גִּדְּלוּהוּ *crescere fecerunt eum.* * *Chald.* Dan. 7, 13. הַקְרְבוּהִי *obtulerunt eum*, coll. supr. I. 3. IV. Obs. 1.

(e) Quia tonus retinetur in (ָ) Afformativi, supr. Obs. 2. qui nunquam occupat antepenultimam, §. 16. v. g. Ps. 119, v. 53. אֲחָזַתְנִי *apprehendit me*: Job. 33, 4. עָשָׂתְנִי *fecit me*.

(f) Jer. 6, 24. הֶחֱזִיקַתְנוּ *comprehendit nos*.

(g) Prov. 31, 12. גְּמָלַתְהוּ *contulit, rependi*

מוֹ h *accipit* (:). ac

(β) Sæpe quoque ה ex הוּ i, atque Mappik ex הּ k abjectis, quaſi loco Compenſationis, aſſumit Dageſch.

5. Schva ante ךָ nonnunquam cum (ָ) Suffixi, potiſſimum in verbis ל"ה, transponitur l.

# CAP. V.

## DE VERBO PERFECTO

### §. 40.

Verbum ratione *Qualitatis*, eſt vel *Perfectum*, vel *Imperfectum*. *Perfectum* omnes inter Conjugandum literas retinet, easque mobiles. *Im-*

---

*ei*: Jud. 14, 17. הֱצִיקַתְהוּ *preſſit, afflixit eum*:

(h) Pſ. 73, 6. עֲנָקַתְמוֹ *ut torques cinxit eos*.

(i) Job. 21, v. 18. גְּנָבַתּוּ *furata eſt eum*. Zach. 5, 4. וְכִלַּתּוּ *& conſumet eum*: Prov. 7, 21. הִטַּתּוּ *declinare fecit, flexit eum*. (k) Jer. 49, 24. אֲחָזַתָּה *apprehendit eam*: Jeſ. 34, 17. חִלְּקַתָּה *diviſit eam*: Ruth. 3, 6. צִוַּתָּה *præcepit ei*. (l) Jeſ. 55, 5. פֵּאֲרָךְ *ornavit te*: Jeſ. 54, 6. קְרָאָךְ *revocavit te*: Jer. 23, 27. עֲנָךְ *reſpondit tibi*: & ita Jeſ. 30, 19.

*Imperfectum* in una vel altera aliquid mutat. In utroque

1. *Genus*, ut in Pronominibus, vel Maſculinum eſt, vel Fœmininum, vel Commune.

2. *Numerus* duplex, Singularis & Pluralis.

3. *Personæ* itidem tres (m): quarum *Tertia* hic, ob facilitatem ſuam, cæteris præponitur, atque *ſolo nomine Conjugationis*, ex antiquo Paradigmate פָּעַל deſumto, *quoad formam ſuam indicatur.*

4. *Tempora* ſunt quinque: *Præteritum*, Indefinitum, quod *Infinitivus* dicitur, Futurum primum ſive *Imperativus*, *Futurum* proprie ſic dictum, ac *Participium.*

*Con-*

---

(m) Omnis enim in univerſum oratio inſtituitur aut de oratoribus ipſis, aut de aliis a ſe diverſis. Et ſi hoc, tunc de aliis ſermo, eſt vel de præſentibus, l. abſentibus. Iſtud conſtituit perſonam primam, illud ſecundam, & hoc tertiam.

5. *Conjugatio* ſtricte loquendo non niſi unica eſt; diſtincta tamen

(α) *Ebraice* ſecundum Claſſes quatuor: quarum priores ſingulæ, & Activam formam habent, & Paſſivam; Vltima autem, ſub unica forma, eſt Reciproca. * (β) *Chaldaice* vero in tres ſaltem claſſes diſtinguitur; quarum ſingulæ & Activam formam habent, & Paſſivam. Quarta vero Ebræorum exulat.

§. 41. I. 1. *Primæ Claſſis*

(α) *forma Activa in tertia perſona Præter. ſing.* ſolas tres [n] literas radica-

(m) *Ariſtoteles*, corpus magnitudinum omnium ſolum perfectam demonſtraturus, quod ad TRIA ſit diviſibile, libr. 1. de cœlo cap. 1. ſubjicit: διὰ τὸ τὰ TRIA πάντα εἶναι, καὶ τὸ ΤΡΙΣ πάντη καθάπερ γάρ φασι καὶ οἱ Πυθαγόρειοι, τὸ πᾶν καὶ τὰ πάντα τοῖς ΤΡΙΣΙΝ ὥρισαι. τελευτὴ γὰρ, καὶ μέσον, καὶ ἀρχὴ, τὸν ἀριθμὸν ἔχει τὸν τοῦ παντός ταῦτα δὲ τὸν τῆς ΤΡΙΑΔΟΣ. διὸ παρὰ τῆς φύσεως εἰληφότες ὥσπερ νόμους ἐκείνης, καὶ πρὸς τὰς ἁγιστείας τῶν θεῶν χρώμεθα τῷ ἀριθμῷ τούτῳ. ἀποδίδομεν δὲ καὶ τὰς προσηγορίας τὸν τρόπον τοῦτον. τὰ γὰρ

dicales exhibet, atque ideo *thema constituit*, sive Radicem: quam *in Quiescentibus Ajin* Ebraice supplere potest *Infinitivus*. Ejus

(β) *Passivum* pro Charactere *radicalibus præponit* נ.

2. *Secundæ Classis Character* est *Da-*

---

δύο, ἄμφω μὲν λέγομεν, καὶ τὰς δύο ἀμφοτέρους: Πάντα δ' οὐ λέγομεν· ἀλλά κατά τῶν ΤΡΙΩΝ, ταύτην τὴν προσηγορίαν φαμὲν πρῶτον, ταῦτα δ', ὥσπερ εἴρηται διὰ τὸ τὴν φύσιν αὐτὴν οὕτως ἐπάγειν, ἀκολουθοῦμεν. Plutarchus Sympos. lib. 9. Publ. 2. p. m. 738. fin. ὁ πάντων inquit ἀριθμῶν πρῶτος τέλειος, ἡ μὲν ΤΡΙΑΣ, ὡς ἀρχὴν καὶ μέσον ἔχουσα, καὶ τέλος. Et ita Macrobius (in Somn. Scip. lib. 1. c. 5. p. 30.) *primo* ait, TERNARIO *contingit numero, ut inter duo summa medium, quo vindicetur* (forte *vinciretur*), *acciperet*. Ibid. p. 25. *numeri imparis, qui mas vocatur, primus omnium numerorum est* TERNARIUS. vid. Idem p. 30. 34. 122. & Conf. *Horat:* lib. 3. Od. 19. *Virgil.* Ecl. VIII, vers. 73. sqq. Mart. *Capella* lib. VII. de Arithm. p. m. 239. & inprimis *Ausonius*, qui integro *Gripho* suo id egit unice, ut exemplis probaret innumeris, quod vulgus penes nos trito dicit proverbio: aller guten Ding sind DREY

*Dageſch forte* mediæ radicali imprimendum.

3. *Tertiæ claſſis character eſt* ה ab initio præpoſitum.

4. *Quartæ* claſſis character, præter *Dageſch forte* ſecundæ radicali imprimendum, eſt Syllaba *Præformativa* הִתְ.

